

LAUDETUR JESUS CHRISTUS

ET

MARIA IMMACULATA

ESSENTIA DEI METAPHYSICA


(D. Ph. June, 1929)

In Solemnitate Sancti Joseph

Laurentius Tremblay O.M.I.

Ottawae, die 17a aprilis A.D. 1929.

BEST AVAILABLE COPY



no / 30

UMI Number: DC53617

INFORMATION TO USERS

The quality of this reproduction is dependent upon the quality of the copy submitted. Broken or indistinct print, colored or poor quality illustrations and photographs, print bleed-through, substandard margins, and improper alignment can adversely affect reproduction.

In the unlikely event that the author did not send a complete manuscript and there are missing pages, these will be noted. Also, if unauthorized copyright material had to be removed, a note will indicate the deletion.



UMI Microform DC53617
Copyright 2011 by ProQuest LLC
All rights reserved. This microform edition is protected against
unauthorized copying under Title 17, United States Code.

ProQuest LLC
789 East Eisenhower Parkway
P.O. Box 1346
Ann Arbor, MI 48106-1346

JESU - ADOLESCENTI

AMABILI DOMINO NOSTRO

SCIENTIA QUOTIDIE PROVICIENTI

IN MEDIO QUOQUE DOCTORUM OLIM INVENITO

HUMILITER AUDIENTI AC SAPIENTER INTERROGANTI

EJUSQUE

DIVINAE MATRI MARIAE

OMNIA VERBA IN CORDE SUO CONSERVANTI

MODESTUM OPUS NOSTRUM

TOTALITER DEDICATUR

" VIDEMUS NUNC PER SPECULUM

IN AENIGMATE

TUNC AUTEM FACIE AD FACIEM "

(I Cor. XIII,12)

CONSPECTUS GENERALIS

CIRCA

TOTAM MATERIAM

A - IN GENERE:

Proceditur secundum naturalem processum nostri intellectus.

Scilicet: Materia tractatur:

I- Quoad simplicem apprehensionem: ubi proponuntur termini.

II- Quoad iudicium: ubi thesis enuntiatur proponiturque opinio nostra cum sententiis adversariis.

III- Quoad ratiocinium: ubi demonstratur thesis et confutantur partes adversae.

B - IN PARTICULARI:

SIMPLEX APPREHENSIO THESES

"Essentia Dei Metaphysica"

I- Sensus terminorum:

1. Essentia	p. 1
2. Metaphysica	p. 9
3. Deus	p. 14

II. Sensus quaestionis:

- | | |
|------------------------|-------|
| 1. Quaestionis positio | p. 14 |
| 2. Momenti declaratio | p. 15 |

.....

AFFIRMATIO THESEOS

- | | |
|--|-------|
| I. Sententiae adversae: | p. 16 |
| 1. Prima sententia: Nominalistae | p. 17 |
| 2. Secunda sententia: Scotus | p. 17 |
| 3. Tertia sententia: Plato | p. 19 |
| 4. Quarta sententia: Secretan | p. 20 |
| 5. Quinta sententia: Schell | p. 21 |
| 6. Sexta sententia: Nonnulli Thomistae | p. 21 |

II. Doctrina nostra:

"Deus habet essentiam metaphysicam, quae in eo consistit
quod est Ipsum Esse Subsistens".

p. 24

DEMONSTRATIO THESOS

PRIMA PARS

Demonstratur essentia Dei metaphysica
quoad existentiam (AN SIT).

A- POSITIVE: p. 32

"Deus habet essentiam metaphysicam"

- I- Deus cognoscitur a nobis... p. 33
- II- Sub diversis conceptibus... p. 41
- III- Quorum unus est prior..... p. 58

B- NEGATIVE:

Confutantur errantes circa hanc doctrinam:

- I- Per aequivocitatem: Maimonides, Nominalistas. p. 63
 - II- Per univocitatem: Gilbertus, Scotus, (Suarezius). p. 65
-

SECUNDA PARS

Demonstratur essentia Dei metaphysica

quod essentiam (QUID SIT).

A- POSITIVE:

p. 75

"Essentia Dei metaphysica in eo consistit

quod est Ipsum Esse Subsistens."

1- Esse subsistens: est ultima ratio constituti^{ti}

p. 79

1. Primus gressus ascensivus:

a. Per causam efficientem

p. 80

b. Per causam materialem

p. 82

c. Per causam formalem

p. 83

d. Per causam finalem

p. 86

2. Secundus gressus ascensivus:

a. Ex ratione primi motoris

p. 88

b. Ex ratione primae causae

p. 88

c. Ex ratione primi necessarii

p. 89

d. Ex ratione primi entis

p. 91

e. Ex ratione primi ordinantis

p. 93

II- Esse subsistens: est prima ratio radiativa
explicans:

1. In genere:

Omniperfectionem p. 97

2. In specie:

a. <u>Infinitem</u>	p. 100
b. <u>Simplitem</u>	p. 103
c. <u>Unitatem</u>	p. 107
d. <u>Immutabilitatem...</u>	p. 109
e. <u>Cognitionem...</u>	p. 111
f. <u>Volitionem...</u>	p. 116
g. <u>Potentiam...</u>	p. 122

III- Esse subsistens.....

III- Esse subsistens: est ratio distinctiva:

Compositio essentiae et esse explicat:

1. In genere:

Imperfectionem p. 127

2. In specie:

a. Finitatem p. 128

b. Compositionem p. 129

c. Multiplicitatem p. 131

d. Mobilitatem p. 133

e. Mensurabilitatem p. 134

f. Limitationem in operatione p. 135

g. Limitationem in causalitate p. 137

h. Limitationem in cognitione p. 139

i. Limitationem in voluntate p. 141

COROLLARIA:

I- Nomen magis proprium Dei p. 143

II- "Ens est ens", "Deus est Esse

Subsistens" p. 144

B- NEGATIVE:

Pugnatur contradicentes hanc doctrinam;
cujus loco ponunt attributa quae sunt:

I- Vel entitativa:

1. Absoluta:

a. Cumulum omnium perfectionum p. 148

b. Infinitas p. 155

2. Relativum: Bonum p. 160

II- Vel operativa:

1. Operatio transiens: Causalitas p. 167

2. Operatio immanens :

a. Appetitiva: Voluntas Libera p. 164

b. Intellectiva:

a- Intelligere radicale p. 169

b- Intelligere actuale p. 167

- CONCLUSIO - p. 180

BIBLIOGRAPHIA

S. THOMAS

Summa Theologica: Ia Pars, q.2-25 (praesertim:q.3,a.IV;q.13,a.XI).
I Sent., dist.8,q.1,art.1. Contra Gent.c.22 et 25.

P. DEL PRADO

"De Veritate Fundamentali", pp.213-302.

P. GARRIGOU LAGRANGE

"Dieu- son existence et sa nature." pp.343-395.

P. GUIDO MATUSSI,

Commentaire des vingt-quatre thèses thomistes.

P. HUGON

Commentaire des vingt-quatre thèses thomistes.

DICTIONNAIRE DE THEOLOGIE CATHOLIQUE

Art. "Attribut", "Ascète", "Dieu (sa nature d'après la Bible,
d'après les Pères, d'après les scolastiques)."

SALMANTICENSIS

Cursus Theologicus, tr.III, disp.IV, sub.II.

J.-S. THOMAS

Cursus Theologicus, qu.XIV, d.XVI.

GONETUS

Clypeus Th., diss.II, a.I.

BILLUART

Cursus Theologicus, dis.II, a.I.

P. GREDT

Elementa Philosophiae, t.II.

SIMPLEX APPREHENSIO THESEOS

"Essentia Dei Metaphysica"

Quam parvus titulus, cujus in visceribus continentur magnalia.

Quid celatur, seu potius quid non celatur in tribus rationibus illis? Mundus essentiae, mundus metaphysicae, mundus Divinitatis; tot mundi quot verba.

Quomodo tentaretur eorum tota simul expositio? Qui nimis amplectit, dicit proverbium, male continet. Propterea, ante positionem totius quaestionis sensus, praesertim nobis deceat unumquodque membrum diligenter perscrutari et ad summum clarificare. In resolutione autem terminorum, paulisper, gradatimque delineamenta quaestionis apparebunt, et ideo, majori cum facilitate, perfectiori cum integritate, validiori cum firmitate divulgabitur problema, aperietur-que quaestio secundum totam suam plenitudinem, sub totali sua extensione.

"Essentia" apparet in primo: quia est ratio a nobis dilucidanda. Sequitur subjectum cui convenit, scilicet: "Deus". Deinde forma specificans essentiam illam designansque in quoniam gradu perfectionis sistit, sub quam altitudine contemplatur: sicut bene manifestatur per verbum: "metaphysica".

Id, Essentia secundum nominis etymologiam, originatur ab "esse", quod est propria forma entis. Ens enim, sicut omnis concretus conceptus, duo ponit coram intellectu, scilicet: ratio, et subjectum quod eam involvit. Homo significat humanitatem et subjectum quod humanitatem habet. Ens significat "esse" (ratio seu forma entis) et subjectum in quo "esse" exercetur, quod de nominatur essentia. Essentia, i. e. ordo et respectus ad "esse", id cui esse convenit, cui esse proprium est, id in quo esse residet tamquam in subiecto.

Quae autem ita conjunguntur etymologice per vinculum similitudinis vocis, multo magis metaphysice per vinculum realitatis; et ibi potius quam ubique, quaeritur et potest inveniri perfecta notio essentiae.

Etiam enim essentia pendet ab ente. Ens enim est notio universalissima et communissima cujus virtute significativa ad omnia se extendit. Nihil remanet extra obitum amplitudinis suae. Omnia continet: similia et dissimilia, rationes diversas et rationes quae diversificant, per modum tamen unitatis confusionis; id est: quacumque explicatione remota. Ex hoc faciliter deducitur quod possumus habere de ente duas cognitiones: altera vulgaris et confusa, altera distincta, perfecta et scientifica. Est prima vigilare mentis humanae scientiam, secundum e vero claudere eam et terminare (in ordine naturali). Cognitio entis vigilat rationem et incipit scientiam, quia solummodo conceptus entis seu conceptus confusissimus et imperfectissimus convehit potentias intellectivas omnino vagas et nudatas, nam cognitio claritas est seu distinctio et qui praevia distinctionis elementa scilicet praevias cognitiones non habet, distinguere non potest. Itaque bene scripsit Aristoteles quod: "Primum, apud infantes, omnes masculini patres sunt, et matres omnes feminas". Scientia entis terminat scientiam (in ordine naturali) quatenus scopus metaphysicae nihil aliud est quam "analysis" entis et partitio ejus in partes constitutivas, manifestatio omnium ejus membrorum cum relationibus et ligamentis ad invicem: cum nexu dependentiae vel independentiae, vel analogiae: omnia quoad subjectum et passionem subjecti, quoad apprehensionem, quoad principia et conclusiones; tandem, ut paucis expediat, omnium rerum clara notitia sub lumine entis scilicet in quantum sunt entia seu membra quae functionem exercent in structura entis. Ens igitur est culmen scientiae et ejus inferior gradus vix ignorantiae removens: est principium et terminus, initium et finis, radix et corona.

Notio entis contractatur dupliciter ad notionem essentiae: quatenus ens sumitur ut notio vulgaris vel ut notio scientifica, ut primum vel ut ul-

tinuum cognitum.

Primum manifestatur ex experientia. Si consideramus ens in rerum natura, aspecimus primo quod est, secundo quod ab aliis secernitur seu quod est non eodem modo ac caetera; aliis verbis, quod modulo suo esse gaudet, seu quod est tale. Tunc aperte constat quod ens duplici modo se habet: significat esse, et esse-taliter. Esse autem apparet ut ratio omnibus communis; esse-taliter vero ut ratio particularis quae huic vel isti naturae specialiter convenit; et consequenter quae naturam constituit. Sed taleitas entis seu modus ille particularis ad essendum omnino decumitur: est modus suscipiendi esse, seu talis ordo ad recipiendum esse; unde per respectum ad esse recte nominatur, et ejus nomen recte dicitur: essentia.

Scientifice autem definitur essentia: "id quod in aliqua re per se primo intelligitur". Quae definitio sic interpretatur. Essentia est id quod, in quacumque intellectione, primo presentatur intellectui; id quod objectum proponit ei tamquam propria ratio sui quasi dicens: haec est proprie id quod sum, haec est vera notio mei.

Sit jam nunc parva distinctio. Essentia dupliciter sumitur scilicet: late et stricte. Late dicitur essentia de quacumque ratione quae ponitur coram intellectu, quidquid et quocumque modo representans. Stricte dicitur essentia solum de ratione quae ponitur coram intellectu tamquam id quod veram et strictam notionem aliqujus rei exprimat.

Tria sunt quae pertinent ad vim definitionis scilicet: per se, prima et intelligitur. Per se et prima assignant duplicem characterem essentiae. Intelligitur indicat ordinem in quo sumuntur. Per se significat: "per suam essentiam", "ex natura sua", "ratione sui", "ex se". Et opponitur expressioni: "per accidens" quae significat "ex extraneo"; et exprimit quod essentia est aliquid necessarium, id est, ratio sine qua res non intelligi potest, a qua si separatur non potest momento subsistere, destructa enim illa, res ipso facto destruitur. Prima significat prioritatem: prioritatem de-facto, si habetur

late dicta essentia, prioritatem de-jure si habetur essentia stricte. Sed prioritatis illa exercetur per respectum ad intelligibilitatem. Sentiatur ergo in hac expressione quod: essentia est id quo optime, rectissime, adaequatissime re exprimitur intellectui: id quod primo intelligitur. Unde essentia est aliquid necessarium, aliquid principium, in ordine intelligibilitatis, id est id est in ordine qui pertinet ad intellectionem. Intellectio autem est actio qua habetur immaterialiter alia ut alia, seu est introitus rei in intellectum, sicut & vulgariter possumus dicere. Ordo igitur intelligibilitatis est ordo per respectum ad modum quo res se habent apud intellectum. apud intellectum autem omnia operantur ad scientiam habendam. Ideo omnia quae in eo recipit; distinguit, discernat, et classificat, per series et gradus, per genera, species et differentias ad definitionem habendam, quod est totum scientias. Deinde essentia est principium primum et necessarium in hoc ordine, est id quo (seu ratio cur) omnes res constituuntur in determinata specie, est constitutivum primum apud intellectum, id est principium unde fluunt et redduntur intelligibilia, omnia quae conveniunt rei. Vocatur etiam "quidditas" seu id quod respondit ad quaestionem: "quid est hoc".

Quibus expositis, bene apparet connexio entis cum essentia. Sunt simul transcendentalissima et omnibus rebus conveniunt: ens ut totum, essentia, ut pars; ens cum prioritate simpliciter, essentia cum prioritate secundum-quid, id est in ordine suo, in ordine intelligibilitatis sicut optime notat Cajetanus, divi Thomae vestigia sectans; "sicut ens significat aliquod commune omnibus existentibus; ita essentia, cum ab illo sumatur, significat aliquod commune omnibus generibus et speciebus, et sicut ens significat id quod est, in quolibet genere et qualibet specie, ita essentia oportet quod significet id quod est in quocumque genere et quavis specie; habet enim se ens et essentia ut quod et quo. Cum autem naturae rerum sint illae, quibus res reponuntur in generibus et speciebus, sequitur quod essentia significat aliquod commune omnibus naturis rerum: unde quemadmodum ens predicatur de homine, bove, et

"similibus, quae sunt in generibus, ita essentia praedicatur de humanitate et
"bevitare, quibus in generibus reponuntur. Per nomen ergo essentiae intelli-
gitur natura rei sicut per nomen entis id quod habet naturam illam". (De en-
te et essentia, cap. I.)

Illustrissimus doctor illustrissime dissertavit. De essentia forma-
lius loqui non possumus. "Id quo aliquid est in specie vel genere" (vel qua-
si-specie et quasi-genere): his verbis receritur ab omnibus quae ad eam
essentialiter non pertinent. Removetur primo: existentia seu ultima termina-
tio in ordine realitatis nam "id quo res constituitur extra causas et extra
nihilum" non est "id quo res constituitur in specie". Etsi enim inveniri po-
test res cujus existentia extra causas est ipsamet essentia, ex hoc non dici
potest quod essentia et existentia sunt convertibiles. Ratio essentiae enim
ad multa se extendit de quibus existentia non praedicatur. Plerumque autem,
advenit quod existentia non est fons, radix seu ratio constitutiva alicujus
entis. Plerumque existentia se habet contingenter et ut aliquid superaddi-
tum quidditati, et proinde hujus quidditatis non est primum necessarium co-
ram intellectu. Unde constat quod, saltem in illo casu, essentia non continet
existentiam; et si aliquando salvatur essentia quin existentia appareat,
patet quod "id quo res est id quod est" non est necessario id "quo res est";
et si definitur essentia; "id quo res constituitur in specie", perfecte re-
ceritur a ratione existentiae.

Imo, dictum supra quod essentia est aliquid necessarium. Intellectus
enim primo et per se scientiam habet de necessario, de contingente autem in
quantum necessarium involvit. Quod optime delcavit divus Thomas dicens:
"etsi enim ista sensibilia corruptibilia sunt in particulari in universali
tamen quandam sempiternitatem habent" (in Anal. Post., lib. I, cap. 8, lect. 16).
Unde quod pertinet contingenter, id est, omne quod invenitur hic et nunc ra-
tione status particularitatis verbi gratia: quod homo currit; etiamsi de
facto non possit separari verbi gratia: quod homo sit masculinus vel femina,

non est de ratione essentiae hominis. Similiter ratio existentiae quia convenit contingenter non est de ratione essentiae entis creati, videlicet: quod homo revera existit vel non, ejus essentiam non affectat. "Possum intelligere, ait sanctus Thomas, quid est homo vel phoenix et tamen ignorare an esse habeant in rerum natura" (De ente et essentia, ca. 5).

Removetur tandem individuatio et ejus terminus qui est personnalitas, essentia non est necessario individuatio neque personalitas. Dixit enim Cajetanus: essentia est "id quo", personalitas autem, seu suppositum est "id quod" subsistit et "id quod" agit, id quod habet esse. Est subjectum primum cui datum est suscipere existentiam. Unde primo et per se pertinet ad ordinem existentiae, est status perfectae incommunicabilitatis. Essentia autem communicari potest multis individuis, ut patet in corporalibus: Petrus est homo sicut et Paulus, ergo humanitas communicatur et Petro et Paulo. Itaque dicitur a Sancta Matre Ecclesia quod Christus habent naturam humanam seu essentiam hominis, quin haberet suppositum et existentiam. Sed patet ex alio capite, scilicet, supponit individuationem seu singularitatem quae etiam non necessari est de ratione essentiae. Essentia de se nec universalis nec singularis est. Si enim essentia de se esset singularis nunquam inveniretur in intellectu nostro qui versatur circa universale; si autem universalis nunquam daretur a parte rei. Non sit contentio. Diximus enim quod essentia non est singularis nec universalis, hoc interpretatur: essentia inveniri potest et sub statu universalitatis et sub statu singularitatis, sed non est singularitas neque universalitas. Quod significat Cajetanus dicens: essentia est id quo res constituitur in specie. Ergo est id in quo Petrus et Paulus conveniunt, vel communitate positiva in statu universalitatis, vel communitate fundamentali et negativa in statu singularitatis. Unde omnia quae deserviunt ad distinguendum Petrum et Paulum non est de ratione essentiae hominis. Secus Petrus et Paulus non essent in eadem essentia. Characteres quae sequuntur naturam individui originantur a materia et qui materia (pura potentia) per se non intelligitur,

omnia quae per eam adduntur essentiali non modificant eam in ordine intelligibilitatis, alias effectus esset nobilior causa. Atsi quidam ex his (puta masculinus) invenietur necessario, ut jam diximus, necessitas illa non est de jure sed de facto, i. e. non fluit ex principio quod ea requirit per suam notionem, ita mortalitas vel risibilitas necessario sunt Petro; sed fluit ex dispositione anteriori praesupposita quae potuisset aliter esse, ita praeponderantia sanguinis, patris, stirps, hereditas et similia. Uno verbo, non est de ratione essentiali quiddam accidentaliter rei convenit. Sunt vero tria genera accidentium: quaedam causantur ex principiis speciei, et dicuntur propria, sicut risibile homini; quaedam vero causantur ex principiis individui et hoc dicitur vel quia habent causam permanentem in subjecto: haec sunt accidentia inseparabilia sicut, masculinum et feminum et alia hujusmodi; quaedam vero habent causam non permanentem in subjecto et haec sunt accidentia separabilia, ut sedere et ambulare. Est autem commune omni accidenti quod non sit de essentiali rei et ita non cadit in definitione rei, ut manifeste dicitur a Sancto Thoma in quaest. Disp. de anima, a. 12, ad 7. Unde essentiali prout taliter definita discernitur a quodcumque contingenti: vel a contingenti quod est co-principium et cum ea componit unam et eandem entitatem; vel a contingenti quod superadvenit et aliud ens constituit. Discernitur et ab individuatione seu a statu qui eam involvit; et a subsistentia seu a terminatione quae eam reddit omnino incommunicabilem; et ab existentia quae eam ponit extra causas; et ab accidentibus quae eam perficiunt. Propterea si essentiali ex notionem suam omnes rationes illas non continet salvari potest essentiali cui nihil addi potest quae sibi ipsi perfectae sufficit.

Sed quaenam sit illa essentiali? Quid requiritur ut ratio constitutiva ejus? Num illi essentiali dari possit? Si essentiali sola subsistit, quomodo adhuc quaeritur de illa ratio essentiali? Num essentiali datur essentiali, quomodo et in quaenam sensu? Attendimus, hoc revelatur per nomen "metaphysica"

2o, Metaphysica, quod idem sonat ac " praetere physicam ", ab Andronico Rhodio secundum nomen traditur. Sic olim auctor ille quosdam Aristotelis libros intitulavit quia eos post libros physicorum collasaverat. Post haec tamen vox illa a significatione libri ad significandum ea quae sunt in libro et scientiam quae circa versatur paulatim migravit. Scientia enim a scibiliitate specificatur, sicut omnis cognitio ab objecto et generaliter omne relativum a termino. Tunc, secundum celebre Boetii effatum : " Singulare dum sensetur, universale vero dum intelligitur, " immaterialitas est radix cognitionis tam ex parte subjecti intelligentis quam ex parte objecti intelligibilis. Idcirco, tot scientiarum genera quot gradus remotiois a materia. Ad primum gradum sufficit remotio a conditionibus individualibus seu a materia singulari, et vocatur : " Physica ". Secundus gradus remotiois a materia sensibilis gaudet et materiam intelligibilem tantum considerat : versatur circa ens quantum et dicitur : " Mathematica ". In tertio autem habetur denudatio simpliciter a quavis materia, et nominatur praeclarus gradus ille " Metaphysica " , seu scientia quae ordinem physicum transcendit.

Cujus illustratio his paucis verbis indiget. Subjectum proprium Physicae est ens prout materia imbibitur ; materia autem est principium omnino determinabile, substratum omnibus commune. Ens igitur materia imbibitum est ens quod in aliud potest mutari ; unde sub ratione mutabilitatis consideratum. Denudatio vero quae metaphysicae convenit ad ente omnem limitationem removet. Spectatur ens in pura sua ratione entis. Ipsius quoque deducuntur proprietates et assignantur causae. Ad hanc scientiam pertinent omnia quae sunt vel esse possunt et nihil ad ea excluditur, eoque ipso quod nihil quod est vel esse potest excluditur a participatione entis. Propterea vocatur " Scientia Suprema " et " Sapientia " seu " Scientia Divina ". Suprema quidem, quatenus scientiarum omnium est domina et radix ; omnes enim scientiae ejus principiorum virtute polent, quae principia ab ipsa conjunguntur cum ipsis primis princi-

piis quorum evidentia mentis assensum immediate rapit. "Divina" etiam, quatenus ducit ad cognitionem causae omnium quae sunt et in quantum sunt seu per gradus diversos participant esse. Finis igitur metaphysicae est Deus, non ut proprium suum subjectum sed ut principium primum cui subjecti.

Metaphysica et physica specialiter per respectum ad scientiam opponuntur sed hodie ad multas alias significationes derivantur. Loquuntur enim auctores de actionibus physicis et metaphysicis, de mutatione et de vita physica ac metaphysica. Desumuntur quoque per ista vocabula diversi gradus veritatis, evidentiae et certitudinis (veritas physica et metaphysica, evidentia et certitudo physica et metaphysica,). Habetur etiam totum physicum ac metaphysicum, similiter compositio physica pars physica et metaphysica, definitiones ac divisiones physicae et metaphysicae, essentiae quoque ac proprietates; causae, principia deinde physica et metaphysica, incommunicabilitas physica et metaphysica, ordo physicus et metaphysicus etc. Quibus enu meritis, usus diversus evidenter manifestatur. Apud omnes tamen una ratio salvatur. Semper enim et ubique metaphysica sumitur ad significandum aliquid praecellens, gradum eminentiorem; physica vero idem sonat ac minimum perfectionis.

Res illustratur exemplis. Principia physica sunt ea quae corpora constituunt scilicet materia et forma quoad esse, materia, forma et privatio quoad fieri. Metaphysica autem sunt ea quibus omnibus entibus constituuntur: potentia et actus. Sunt magis extensa et proinde magis principiant, magis sunt principia. Actio physica ad productionem effectus ordinatur, metaphysica vero nullo effectui producti indiget et ideo est multo nobilior. Prima enim est accidens quod inest in subjecto per respectum ad alium a quo desumitur (actio praedicamentalis); secunda vero accidens per se et absolute inherens (qualitas primae speciei). Prima est ultimo propter perfectionem passi, secunda vero propter perfectionem agentis. Quod magis absolutum, nobilius dicitur: actio igitur metaphysica est nobilior quam actio physica. Veritas et certitudo quae dicuntur physicae supra leges naturae conditas sunt. Necessitas

illa per se immutabilis est attamen per accidens potest mutari et de facto saepe ab eis derogatio fit per miraculum, si ordinis superioris praest necessitas verbi gratia, salvatio animarum. Est proinde necessitas hypothetica. Metaphysicae vero in ipsis rerum essentiis radican- tur et neque per se, neque per accidens mutantur. Essentiae enim pendent formaliter ab intellectu divino et fundamentaliter ab essentia divina cujus sunt imitabiles et cujus immovibilitatem participant. Et sic de omnibus.

Essentia proinde metaphysica essentiam physicam transcendit in perfectione. Perfectior est in ratione essentiae scilicet est magis constitutum, magis fons, magis radix apud intellectum; uno verbo, magis essentia. Quomodo fiat istud? Ad hoc explicandum, unum adhuc dilucidandum est scilicet ordo metaphysicus et ordo physicus.

"Ordo" concipitur ut "respectus ad". Ordines igitur physici et metaphysici sunt modi diversi connexionis qui vigent in rerum natura; actus aliis verbis, sunt diversi modi sese habendi ad aliud. Et quia ordo non concipitur sine ordinatis scilicet quia ordo fundatur in pluralitate, ordines physici vel metaphysici sunt diversi modi pluralitatis. Pluralitas autem fundatur supra unitatem. Jamvero res sunt unum dupliciter quatenus dupliciter subsistere possunt, scilicet prout ratio est vel exercita in rerum natura vel signata in intellectione. Subsistentia enim in rerum natura et subsistentia in intellectu omnino dispares sunt. Prima requirit integritatem rei i.e. non exercetur sine omnibus praerequisitis ad subsistendum et operandum: omne ens enim quod ponitur in rerum natura extra causas sistit et finem suum assequitur. Secunda vero quae apud intellectum tantum exercetur, requirit solam naturam prout denudatur a quibuscumque et in sua pura notione constitutiva sistit. Humanitas diversimode se habet quatenus subsistit in mente vel a parte rei. Humanitas signata sibi ipsi sufficit, nullo speraddito ad subsistendum indiget. Sed si in rerum natura exercetur nondum taliter est. Impossibile est reperiri

humanitatem quae non imbiberetur vel Paulitate, vel Petreitate, vel quacumque natura individuali. Necessario contractatur ad multas conditiones ac quibus ratio signata separatur denudaturque. Quare invenitur unitas apud intellectum, quae non est unitas a parte rei, quae unitatem illam transcendit. Quod enim unum est in rerum natura adhuc multiplex est coram intellectu. Effatum illam tanta evidentia praeditum est quod non indiget probatione. Eadem res scil. eadem tabula, diversos conceptus gignit prout cognoscitur sub ratione coloris vel lineae vel ponderis. Cujus ratio duplex est: primo, quia intellectus noster prout est potentia limitata in essendo et in operando, partialiter et pedetentim scientiam acquirit; secundo quia res ipsa in rerum natura, etsi una et eadem est, naepe intellectui praebet fundamentum cognitionis diversae. Homo v.g. quatenus praeditus est operationibus diversis: sensatione et intellectione fundamentum praebet ad distinguendum in eo duplex principium scilicet animalitas et rationalitas. Inter has rationes quae in eodem individuo statu identitatis gaudent una ab intellectu suscipi potest altera relictam, et ex hac separatione fundantur partes multae et consequenter alium totum quod vocatur totum metaphysicum. Totum metaphysicum opponitur toto physico ex hoc quod componitur ex partibus non realiter inter se distinctis sed virtualiter tantum. Una habetur subsistentia a parte rei, apud autem intellectum sunt multae et multae. Una eadem res simul est una ac multiplex. Una est secundum rem seu exercitium multiplex secundo intellectum seu significationem. Una est actu, multiple virtualiter. Multiplicitas virtualis exsuperat unitatem realem; unitas realis adhuc multiplicabilis est, et ideo praeter ordinem physicum seu ordinem qui fundatur supra diversitatem secundum rem, datur ordo metaphysicus scilicet disparitas in ordine quodam eminentiori, ordo qui viget in visceribus ejus-rei ejusdem rei; ordo physicus est ordo "realiter distinctorum", metaphysicus vero ordo "virtualiter distinctorum". Connexio physica est connexio contingens connexio metaphysica est connexio necessaria, connexio identitatis. Ex hoc patet superioritas ordinis metaphysici supra ordinem physicum.

Totum enim quod resultat ex partibus realiter diversis est indivisum, totum vero quod resultat ex partibus virtualiter distinctis est indivisibile et consequenter magis unum, magis totum. Ordo physicus est ordo existentium, ordo metaphysicum est ordo essentiarum seu intelligibilium. Mobilior est quia existentia potest esse contingent, ut patet in creatis, essentia vero semper est immutabilis, necessaria, aeterna.

Essentia metaphysica suscipitur in hoc ordine. Essentia, ut vidimus, necessario dicit prioritatem, se habet ut radix omnium quae reperiuntur in aliqua re et sic opponitur proprietatibus quae sunt quaedam derivata. Essentia physica est illa quae connectitur cum proprio suo per connexionem physicam, scilicet inter eam ac proprium viget realis distinctio. Essentia vero metaphysica est ea quae se habet ad proprium secundum respectum seu ordinem physicum, scilicet inter eam ac proprium viget distinctio rationis tantum. Essentia physica est una res quae se habet necessario ad multas res tamquam radix, fons et principium; essentia metaphysica est unus conceptus qui se habet necessario ad multos conceptus tamquam radix, fons, radix et principium. Haec autem necessitas absoluta est quatenus viget inter dua quae sunt unum et idem secundum rem. Illa vero est hypothetica quatenus, ut vidimus, miraculose scilicet iubente Deo, praescindi possunt. Urere est proprietas physica ignis. Si igni combustibilia appropinquatur, omnibus conditionibus salvatis, immediata ac necessario actio urendi sequitur. Sed hanc actionem Deus suspendere potest. Memne ad salvationem martyrum saepe suspensionem illam fecit? Unde proprietas physica etsi necessario fluit ex essentia necessitate hypothetica tantum gaudet. Ita risus actualis seu actio ridendi quae profluit ex homine, aliquando non apparet, scilicet separatur. Quod non invenitur in risu radicali seu capacitate ridendi quae necessario imbibitur in essentia hominis et a quo non separari potest quin corrumperetur ipsa humanitas. Ita facultas urendi quae est de essentia ignis et quae semper salvatur ac nequidem supernaturaliter ab eo separari potest. Risus actualis superadditur ei

in quo radicatur, tanquam aliquid adiacens et extrinsecum; resus autem radicalis est ipsa essentia hominis prout sumitur in aliquo ordine, prout contrastatur in sua significatione, prout explicatur secundum talem vel talem respectum qui se habet ad illam tanquam derivatum ad principalem. Dum in ordine physico ultimum repertum est, adhuc in ordine metaphysico datur prius ac posterius sicut supra unitatem physicam statuitur multiplicitas physica. Nam sicut datur fundamentum ad multipliciter, ita fundamentum ad multipliciter secundum prius ac posterius. Sicut homo, ex hoc quod operationem animalis ac plantas facit, suscipitur ~~et~~ tanquam animal ac vivens, ita ex hoc quod homo est unum simpliciter et multiplex secundum quid, ex hoc quod componitur ex una ratione fundamentali necessariaque et multis rationibus derivatis ac secundariis, humanitas concipitur ut una fundamentaliter et multiplex secundario. Petrus currit, Petrus pedit, Petrus ridet, Petrus screscit, Petrus est multiplici modo; attamen Petrus est semper idem fundamentaliter. In unum radicantur omnes operationes Petri, quod est mobilitas fundamentalis ac radicalis, scilicet compositio ex anima rationali et corpore organico. Ita rationalitas fundat risibilitatem, et sic de omnibus.

Sicut individuum compositum ex multis rationibus quarum una caeteras principiat secundum rem - anima est principium omnium actuum: est "id quod movetur", - ita essentia physica coram intellectu componitur ex multis rationibus quarum una caeteras principiat secundum rationem. Essentia metaphysica proinde est essentia essentiae; perfectior est coram intellectu, nam essentia physica quae apparet ut cumulum aggregationis; si autem perfectior coram intellectu, perfectior est in ratione essentiae nam, ut diximus, essentia sumitur in ordine intelligibilitatis. Perfectior est in quantum fundat perfectam cognitionem scilicet cognitionem per causas, scientiam. Perfectior est quia facilius classificatur, melius est "id quod res est id quod est", et id "quod res constituitur in specie vel genere" (quasi-specie vel quasi-genere).

His positis, facilius intelligantur auctores qui ad discernendam

essentiam physicam et metaphysicam dicere solent. Essentia physica est essentia prout existit a parte rei et omnibus suis rationibus pertinentibus complectitur. Metaphysica vero est essentia prout in nostro intellectu, separata ab omnibus aliis rationibus, stans in sua puritate ac simplicitate, denudata et a propriis physicis et a propriis metaphysicis. Hoc est dicere in summo quod longius diximus supra.

Haec de ratione essentiae metaphysicae in genere; quoniam accuratius et amplius per totam evolutionem thesae nostrae adhuc manifestabitur. Ibi invenietur in speciali quod hic in genere proponitur. Quaeritur enim essentia metaphysica alicujus entis particularis, cujus nomen modo presentari debet, scilicet: Deus.

3o, Deus. Nomen "Deus" a radice "div", quod est "lucere", originem ducit. Hujus termini oralis electio hominum consilium aperte ostendit. Magna appellatione, magna cogitatio revelatur. Vocatur Deus "Ens lucens", quia per respectum ad corporalia vocari indiget, quorum in ordine, lucente nobilius nihil invenitur. Sicut a sole, nobili aetheris rege, in caelestia mundanaeque, vitam, calor atque fecunditas rigatur, ita a Deo, tamquam ex fonte, omne ens, verum, pulchrum, bonum, omnis existentia, omnis operatio dispensatur. Unde apud omnes, Dei nomen refulget perinde ac maximum ens, imperator quidam qui regat orbem, principium et finis omnium quae sunt, ens quo majus nihil cogitari potest, et tunc ens in quo invenitur entis plenitudo, cujus essentia ad essentiam entis se habet identice, sicut "A" se habet ad "A". De hoc ente quaeritur essentia metaphysica.

"Essentia Dei metaphysica", nonne melius nobis sensus apparet? Quid sit essentia Dei metaphysica, hoc est dicere : quid sit Deus secundum modum nostrum concipiendi, quid sit ratio constitutiva divinitatis, ratio explicativa omnium quae in eo reperiuntur, ratio quoque distinctiva ab omnibus scil. id a quo reponitur in quasi-gonere vel quasi-specie.

Ex omnibus supra dictis localizatur quoque quaestio nostra in Philosophia, et speciatim in metaphysica dum dicitur quod metaphysica spectat Deum non ut subjectum suum sed ut primum principium sui subjecti. Reperta natura entis in genere, " analysita " quoque ente creato sub ratione entis, petitur principium ad illud justificandum, et ad probandum quod non intret in contradictionem cum notione entis in genere. Hujus autem entis non quaeritur tantum existentia sed natura, quidditas, quasi-causa propter quid explicativa omnium quae in eo reperiuntur et proinde omnium entium. In ordine naturali ultimum punctum inventionis et culmen sciendae est. Non tantum cognitio datur sed cognitio propter-quid, seu per causas; non per causas proximas sed ultimas; non tantum ens sed ipsa causaentis; non solum causa-a entis sed ipsa causa metaphysica hujus causae. Posthaec nonne nobis necesse est declarare mentum momentum hujus quaestionis. Momentum evidens est, splendore fulget et maxime illi deest demonstrationibus nostris. Momentum quaestionis apparet etiam ex universali omnium auctorum aestimatione, declaratione ac disputatione.

Hujus igitur sublimae veritatis ad investigationem diligenter laborare intendimus. Nonne problema humiles vires nostras exsuperat? Nonne tentavimus plus quam possumus? *Sed Forsitan.* Quid in tanta materia humanum lingua dicere potest? nonne balbutire tantum? Utinam modestum opus nostrum Illius de quo in hoc tractatu semper agitur gloriam foveat.

Quaestione aperta, videbitur primo responsiones quae propositae sunt apud auctores, deinde emuntiabitur solutio nostra, quae postea demonstrabitur.

.....

AFFIRMATIO THESES

Essentiae Divinae problema quodammodo ab omni memoria existit.

Nam omnes gentes divinitatem quandam excoluerunt, cui nomen imposuerunt quam perfectissime. Apud graecos tamen praesertim videtur quomodo mens antiquorum philosophorum studio illo terquetur. Miranda divini Platonis elevationes quis agnoscit! Aristoteles autem, ejus vestigia, magna cum firmitate, implevit et discipulis sanctam doctrinam in hereditatem tradidit. An praeclarus magister de ipsa Dei essentia, prout metaphysica, dissertavit dubitari potest. Certi sumus saltem quod explicito et in nostris terminis nihil declaravit.

Itaque humilis antiquae philosophiae theologica proles, paganorum fabulis imbibita, ad realem et perfectam Dei scientiam nunquam pervenit antequam mens humana, christianis dogmatis nova luce vivificata fuisset. Lux autem supernaturalis viri us naturalibus subvenit; supernaturalis Dei cognitio naturalem Dei cognitionem claruit et confortavit. Etsi christiani auctores aetate prima de ipsa ratione Dei constitutiva expresse et nominatim nondum loqui sunt, potentim tamen, fluentibus saeculis, pugnis advenientibus, subtiliore cum praecisione, accuratiore cum claritate, majore cum ubertate, questionem investigaverunt. "Non enim frustra rationis lumen humanae menti Deus inseruit; et tantum abest, ut superaddita fidei lux intelligentiae virtutem extinguat aut imminuat, ut potius perficiat, auctisque viribus, "habilem ad majora rebus" (Aeterni Patris, IV.)

Quaestione autem posita, solutiones ex omni parte pluerunt: tot et tanta cum disparitate, ut Gonetus jam sua aetate (1616 - 1681) declaravit: "Circa hanc difficultatem tam varie opinantur auctores, et intot dividuntur

"sententias ut tam multiplex opinandi et sentiendi diversitas vix possit in ordinem regigi" (Glyseus Theologiae, tr. I, disp. II, a 1.).

Illa tamen multiplicitas ad septem suprema capita reduci potest.

Ut constitutivum Dei metaphysicum, auctores propeguerunt:

vel "Collectio Omnium Perfectionum",

vel "Infinitas", vel "Bonitas",

vel "Intelligere", vel "Esse",

vel "Libertas", vel "Causalitas".

PRIMA SENTENTIA, attribuitur scholae nominalistae et etiam Gulielmo Occamo, Gabrielli, Biel, Petro D'Ailly. Essentiam Dei metaphysicam reponunt in collectione omnium perfectionum quia sentierunt circa cognitionem divinae naturae sicut et circa cognitionem in genere. Jam vero apud eos "universale" vel est "status vocis" vel pura "mentis fuctio", aestimatur. Ideo quidquid quod universale reputatur nihil aliud est quam aggregatio singularium. Hec idem sonat haec omnes-homines, idem essentia ac multitudo-individuorum, idem substantia ac cumulum-proprietatum. In uno et eodem individuo non inveniri potest multiplicitas rationum universalium seu gradus metaphysici, et consequentes nec prioritas unius super caeteris, nec proinde causalitas metaphysica. Quando mens pervenit ad cognitionem omnip perfectionis Dei ratio altior frustra quaeritur; quia praeter eam quae collectionem omnium perfectionem continet in rerum natura nihil inveniri potest.

SECUNDA SENTENTIA, scilicet Infinitas, est ea quam peperit Scotus et ab ejus discipulis adhuc pie retinetur. Audiatur ipse "Doctor Subtilis" (in I Sent, dist III, q. I.) optima quidem cum claritate.

-le- "Non tantum haberi potest naturaliter conceptus in quo quasi per accidens concipitur Deus - puta in aliquo attributo - sed etiam aliquis conceptus in quo per se et quidditative concipitur Deus (negative tamen, ut supra dixi). Intelligendo sapientem oportet praesintelligere aliquid quasi subiectum, cui intelligo illud quasi proprietatem inesse, et ita ante conceptus

"omnium passionum vel quasi-passionum oportet inquirere conceptum aliquem
"quidditativum cui intelli-antur ista attribui et ille conceptus erit quid-
"ditativus de Deo, quia in nullo alio potest esse status."

"A -2e- " Ad multos conceptus proprios Deo possumus pervenire qui non con-
"veniunt creaturis, cujus modi sunt conceptus omnium perfectionum simpliciter
"in summo et perfectissimus conceptus (in quo quasi in quodam descriptione;
"perfectissime cognoscimus Deum). Attamen conceptus perfectior et simplicior
"nobis possibilis est. Conceptus entis simpliciter infiniti. Iste enim sim-
"plicior quam conceptus entis boni, vel entis veri, vel aliquorum similium, quia
"infinitum non est quasi attributum vel passio entis sive ejus de quo dicitur
"sed dicit modum intrinsecum illius entitatis; ita quod cum dico "Ens infini-
"tum" non habeo conceptum quasi per accidens i.e. ex subjecto et passione
"sed conceptum per se subjecti in certa gradu perfectionis scilicet infinitatis.
"Sicut albedo intantum non dicit conceptum per accidens si ut albedo visibi-
"lis imo, intentio dicit gradum intrinsecum albedinis in se et ita patet simpli-
"citas majus conceptus scilicet ens infinitum"

Et postea hoc intentum probat dupliciter: scilicet, primo: "quia iste
"conceptus inter omnes a nobis conceptibiles, virtualiter plura includit. si-
"cut enim ens includit virtualiter bonum et verum in se, ita ens infinitum in-
"cludit verum infinitum et bonum infinitum et omnem perfectionem simpliciter
"sub ratione infiniti."

Secundo: "quia demonstratione quia ultimo concluditur esse de ente
"infinito, vel esse infinitum de aliquo ente; atqui illa sunt perfectiora,
"quae ultimo cognoscantur demonstratione quia ex creaturis, propter enim eorum
"remotionem a creaturis difficillimum est a creaturis cognoscere. Ergo "

Deinde aequitur comparatio conceptus infiniti cum conceptu "summi
"ente": "Summum ens si comparatum intelligatur dicit respectum ad extra, in-
"finitum vero dicit conceptum ad se. Si summum intelligatur absolute est idem
"ac infinitum, conceptum in ratione infiniti entis".

Et tandem, improbatio conceptus simplicitatis: "quia simplicitas communicatur cum creaturis, infinitas vñre non secundum modum quo convenit Deo". (duplex illa infinitas, actualis et potentialis, infra explicat,)

Si autem conceptus entis eadem omnino ratione convenit Deo et creaturis, distinctio inter Deum et creaturam ab eo suscipi nequit et queritur aliunde scilicet extra rationem entis, ratio diversificans, quae est infinitas. Ans igitur univocum Deo et creaturis ad Deum contractatur per additionem infinitatis. Infinitas preinde constituit modum intrinsecum ejus naturae: est essentia ejus metaphysica.

Secundum nonnullos auctores, praecipue apud recentes, auditur opinioni doctoris subtilis sententiam quandam: scilicet, infinitudo formalis; et per consequens infinitas scotica vocatur tantum infinitudo radicalis. Nobis tamen videtur quod non necessarium est hanc additionem ferre. Nam si videtur distinctio in nomine revera adgitur de uno ac eodem secundum rem. Propterea infinitudo formalis Gratry, Palmieri, Ubaghs, etc, etc, est ejusdem "farine" ac supra dicta. Eodem loco exposita est, scilicet, in visceribus opinionis Scoti, et eodem loco ac opinio ejusdem Scoti confutabitur.

TERTIA SENTENTIA militat pro ratione Boni. A quibusdam recentibus sustinetur: imo ipsa divi Platonis commendatione vaudet, ut per multa scripta, ab eo tradita, demonstratum; et praesertim in libris: Philebus, Respublica, Timaeus. Apud Platonem Deus est Bonum quia ratio Bonum est supra rationem entis. Bonum est prior in ordine morali quia Bonum est perfectum et ipsi sibi sufficit; ideo est id quod omnia appetunt, et consequenter nobilius omnibus. Bonum est prior in ordine metaphysico. Sicut sol per lumen suum facit objectum visibile et acculum videre ita idem Boni dat intelligibilitatem veritati et intelligere facultati. Sicut autem sol non tantum esse visibile et esse videns sed etiam crescere, nosci, nutriri, vivere, ita Bonum non tantum intelligibilitatem et intelligere dispensat sed etiam essentiam et esse. Sicut tandem oculus et objectum etsi virtutem solis participant, nullo modo sunt ipse sol, ita scientia et veritas,

etsi a Bene pendunt,minime sunt Bonum. "In extremo intelligentium mundi fine,Ideam Boni reperiēs. Vix percipitur,oculum tamen non tangit quin aestimaretur ut fons totius pulchri,totius Boni,totius veritatis et intellectus. "Quantacumque sit pulchritudo scientiae aut veritatis,potes clamare sine periculo errandi quod Bonum omnes illas transcendit in praestellaritate". (De Republica,c.VII.)

In multis etiam aliis locis,ideo,semper et ubique apud Platonem, Bonum omnibus praestat.Nam Idea Boni est multo omnibus praestantior. Extra fines intelligentium residet et in seipso subsistit. Jamvero substantia Idearum apud Platonem non est idealis et objectiva,sed ontologica,realis et subjectiva (In sensu antiquorum). Ergo idea Boni nihil aliud est quam in se Deus; sicut manifeste declaratur in secundo libro ejusdem "De Republica": "Deus est Ipsum Bonum et de eo aliter loqui nunquam debemus". Unde Deus est bonum quia bonum est anterieus enti,et bonum est anterieus enti quia concipitur relative: ut dans esse,ut causans et,in ratione causae, causa finalis est simpliciter prior.

Apud Recentiores autem nihil novi creatum est. Veteram Platonis doctrinam potius exhumaverunt quam propriam sibi prolem genuerunt.

QUARTA SENTENTIA,etiam in nostro actualis tempore germinavit. Sunt enim auctores plurimi qui,ut constitutivum propriam Dei Libertatem statuerunt. Ita sensuit Secretan,dicens quod Deus,prout ens absolutum,sanctus,prout est ratio sui,stat in summa et absoluta libertate: "Une liberté à la seconde puissance. Il est libre d'être libre. Substance,il se donne l'existence; Vivant,il se donne la vie; Absolu,il se donne la liberté. L'esprit fini est à la fois esprit et nature et non pas seulement esprit. La perfection de l'esprit serait d'être pur esprit,sans nature;l'esprit pur n'est que ce qu'il fait,i.e.il est l'Absolu liberté. "Je suis ce que je veux": cette formule est donc la bonne".(La Philosophie de la Liberté,I,I,liv.XV)

Hanc doctrinam excoluit otian Lequier (La Recherche d'une Verité Première). Sicut in via inventionis primum principium et veritas fundamentalis: non est: ens est ens, sed, existentia humanae libertatis, ita in via deductionis ultima veritas et omnium radicata est existentia divinae libertatis. Hanc opinio tandem forsitan amplectitur a quodam Boutroux, in cuius doctrina libertas ut fons existentiae divinae tenetur. An autem assumitur libertas pro divina essentia metaphysica, videre non potuimus, propter nimiam confusionem litterarum.

QUINTA SENTENTIA precedentem exiit et magis ultra fortunam tentavit. Effatum "Deus est Ratio Sui" non sufficit, et Dr Herman Schell enim cum "Causa Sui" proclamatur. Auster ille, ut manifeste apparet, a prava scholasticarum verborum intellectione obnubilatus, ducitur ad hanc sententiam efformandam. "Esse-a-se, inquit, nedum est quaedam negativa affirmatio, quasi Deus nullam causam habeat, positive affirmat quod Deus est causa sui-ipsius suiipsius per semetipsum consistens. Si esse-a-se, prosequitur ille, abstracte et negative tantum conciperetur, hoc est, veluti privatio causae. Tunc notio Dei esset negatio principii causalitatis; et si esse Dei nullam causam sufficientem haberet, non aliud esset nisi cecus casus, caeca necessitas, Unde Deus concipiendus est a nobis uti Causa Sui? (Ref. in Reg. Fil.).

SEXTA SENTENTIA est ea quae reponit constitutivum Dei in Intelligere divine; et intot dividitur adhuc molos sentiendi, quot intelligere habet facies. Intelligere enim consideratur vel actu, vel radicaliter; et amplius aut radicaliter-proxime, aut radicaliter-remote. Tunc habetur vel principium remotum intellectionis: Immaterialitas; vel principium proximum; intellectionis: Facultas seu Intellectus; vel ipse actus intellectionis seu Intellectio:

Immaterialitatem tenuit Suar, Lusitanus (Met. d. 2, a. 3, n. 150), cum Petro Corneio.

Intellectum profitentur Ferre, Godey, Arrubal, Arriel, Philippus a

SS. Trinitate, Albertinus.

Intellectio autem magis accreditata est apud scholam tomisticam et multos auctores illustrissimos nominat: Nazariu, Gonzalez (Senior), Zumel, Salmanticenses, Joannem a S. Thoma, et maxime Genetum, Billuart, Suarez, Merice et Hurtado, ancini, etc. Quorum sententiae huc locum habere non possunt omnia, primo, quia multi non gaudent nomine maximo, secundo, quia locum non habemus satis extensum. Audiantur tamen praecipui:

-1- Salmanticenses: "Dicendum est quod ipsa met intellectio per substantiam atque adeo intellectualitas per modum actus purissimi et ultimi seu ipsummet intelligere esse constitutivum essentiae seu naturae divinae." (Cursus Theol. tr. III, disp. IV, dub. II, n. 43)

-2-

Joannes a S. Th.: "Intelligere in actu secundo in Deo pertinet ad constitutionem naturae quatenus est purus et ultimus actus" (Cursus theol. qu. XIV, d. XVI, a. II).

-3- Genet: "Intelligere Divinum, ut sub conceptu formali ultimae actualitatis completae et per se subsistentis in genere intellectuari est constitutivum formale essentiae vel naturae divinae." (Clypeus Theol., disp. II, a. I)

-4- Billuart: "Intelligere divinum actuale sub ratione ultimae actualitatis per se subsistentis constituit metaphysice divinae naturam. Unde Dei descriptio erit haec: ens summe et actu altissime intelligens." (Cursus theol. Diss. II, a. I, disc. 2o).

-5- Suarez: "Divina scientia non solum est ipsamet Dei substantia sed formaliter est de essentia ipsius Dei et quasi ultimo constituens illum in ratione talis naturae vel essentiae." (Disput. Metaph. disp. XXX, sec. XV, n. XIV).

^{primo}
Apud hos auctores omnes reperitur essentia Divina ad modum essentiae creatae; atqui essentia creata intellectualis desumitur ab aptitudine intelligendi, seu ab intelligere, aptitudinali imbibitum in natura, non ab actu intelligendi qui est accidens reale, distinctum, accidentaliter adveniens

cum connexione physica.

Summantem doctrinas ultimorum, in puncto illo residet, a-Joa-
a Joanne a S.Th. bene expresso: "Actus intelligendi quod in nobis formaliter
"est operatio praesupponit principium a quo emanat tam radicale: quod est
"natura quam proximum: quod est potentia, in Deo per modum subsistentiae se
"habet et non per modum expressionis vel accidentis. Has enim duas imperfec-
"tiones, scilicet: egrediendi ab alio actu priori, vel inhaerendi ut accidens,
"exiit actus secundus intelligendi in Deo".

Quibus assertis, nobis restat explicare quomodo ad opinionem illam
efformandam transiunt auctores illi.

-1- Natura est principium operationis. Sed, cum in Deo operatio est
ipsa substantia nullum tenetur discrimen inter principium et terminum ope-
rationis, imo natura desumitur ab ipso termino actuali amplexo. Natura po-
tius est operatio quam principium operationis.

-2- Est apud eos distinctio quaedam celeberrima, iterum a Joanne a
S.Th. tradita, et consequenter in operibus Geneti ac Billuart relata, quae
distinctio, "maxima prae oculis est habenda".

"Natura vel essentia in Deo potest duobus modis usurpari. Primo, large et in
" ampla quadam significatione prout scilicet significat ipsam entitatem et
" substantiam increantam Dei, quae se habet per modum transcendentis et inclu-
" ditur in divinis Relationibus et attributis eo proportionali modo quo ratio
" entis creati et finiti imbibitur in omnibus differentiis et modis rerum
" creaturarum. Secunde, proprie et stricte, prout natura concipitur in Deo veluti
" radix et ratio a priori divinerum attributorum, a quibus profunde virtualiter
" distinguitur et in quibus sub hac ratione non concipitur ut transcendentali-
" ter inclusa". Sub lumine hujus distinctione sequitur quod: aliud est cons-
" titutivum Dei prout entitas increata, aliud aliud- constitutivum Dei prout
" natura, per respectum ad Agributa. Natura, sub puro conceptu naturae, concipi-

tur tanquam id quod est principium, primum motus et quietis. Unde maxime ex operationibus specificationem naturarum veniunt. Et ita conceptus naturae non debet esse communis ipsis attributis et radici eorum, sed debet distinguere ab illis tanquam constituens gradum ipsum essendi. Omne vero quod entitativum est potest esse commune naturae et attributo, et consequenter non explicat conceptum naturae ut naturae. Constat autem quod entitas increata communis est attributis et naturae, operationi divinae et operanti divino. Unde potius se habet ut conceptus transcendentalis ille qui constituit esse divinum in ratione increati (sicut conceptus entis creati pro creaturis) quam conceptus naturae ut naturae. Unde etiam illa attributa seu conditiones quae consequuntur ens increatum sub ratione increati, verbi gratia, infinitas, bonitas, aeternitas, etc., magis se habent ut attributa entitativa et transcendentalia quam operativa et propriae naturae ut naturae est. Uno verbo, natura est principium in linea operationis, entitas vero terminus in linea existentiae. Entitas terminat et gradum essendi, et actionem, unde communis est naturae et attributis. Et quando agitur de natura Dei non est de natura prout constituit Deum in ratione entis increati, sed prout constituitur secundum principium operationis. Itaque, nobis videtur quod in hac famosa distinctione originetur modus sentiendi huius opinionis fautorum: est primum totius eorum cursus stadium. Sed non oportet modo ferre iudicium, de hac materia, at tamen dicere possumus quod infra erit locus pugnandi.

SEPTIMA SENTENTIA est ea quae a nobis defenditur. Tenemus quod essentia Dei metaphysica constituitur per Insum esse Subsistens. Essentia Dei proinde nihil aliud est quam Esse (seu existentia) irreceptum et stans in sua purissima ratione. Deus desumitur ens per essentiam, seu ens cuius essentia est esse, ens-a-esse, seu ens stans in summo gradu independentiae in esse. Descriptio Dei erit: "Qui Est".

Quae sententia ab ipsamet ore Dei antiquitus declaratur. Ait olim

Moyses ad Deum: "Ecce ego, vadam ad filios Israel et dicam eis Deus Patrum
"vestrum misit me ad vos. Si dixerint mihi: quod est nomen eius? quid dicam
"eis?.." Dixit Deus ad Moysen: "Ego sum qui sum": Sic dices filiis Israel:
"Qui Est misit me ad vos."

Nomen autem proprium alicujus rei desumitur a conceptu proprio, et
conceptus proprius rei idem est ac optima expressio quidditatis seu essentia
metaphysica. Et hoc faciliter probatur, ad modum et per litteram sancti Thomae.
"Cum in omni quod est sit considerare quidditatem suam per quam subsistit
"in natura determinate et esse suum per quod dicitur de eo quod est in actu;
"hoc nomen res imponitur a quidditate sua, hoc nomen Qui Est vel ens imponitur
"ab ipso actu essendi. Cum autem ita sit, quod in qualibet re creata essentia
"sua differat a suo esse, res illa proprie denominatur a quidditate sua et
"non ab actu essendi sicut homo ab humanitate. In Deo autem ipsum esse suum
"est sua quidditas; et ideo nomen quod sumitur ab esse proprie nominat ip-
"sum et est proprium nomen ejus sicut proprium nomen hominis quod sumitur
"a quidditate sua." (I Sent. Dist. 8, q. 1, a. 1)

In hoc sensu quoque semper Patres intellexerunt declarationem hanc sublimem
ab ipsa Verbo Dei proveniente. Ab omnibus tenetur littera illa sicut manifes-
tatio perfecta ipsius naturae divinae. Testante Thomassin cum Petavio, et
sanctus Gregorius, Dionysius, Joannes Damascenus haec proclamant; sed prae-
cipue sanctus Bernardus, cujus textus saepe citatur: "Si bonum, si magnum, si
"beatum, si sapientem, vel quicquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo instaura-
"tur quod est: Est".

Quod opinio nostra fuit opinio sancti Thomae, nobis videtur quod
nullo modo dubitari potest. Apparet, tam ex textibus multis, quam ex processu
generali, quam ex fallacia interpretatione textus adversariorum. Jam posuimus
probationem ex parte textuum. Quoad processum invenietur probatio in ipso
processu nostro qui est totaliter ei mentem ad secundam sensum sancti Thomae,

Sed quia inveniuntur nonnulli qui non intellexerunt litteram praeclaram deo-steris, imo qui peccaminose interpretaverunt eandem litteram, erit in fine hujus bractatus erit locus specialis ad haec omnia dilucidanda.

In schola thomistica est etiam opinio haec communior. Nam sustinuerunt inter veteres:

Capreolus (in I dist. VIII, q. IV, a. I),

Bañez (I part. q. III, a. IV, dub. III).

X Ledesma (Tract. de perfectione Dei q. XII, a. 13, conc. III).

Videtur etiam sustineri a Cajetano (I pars, q. XIII, a. XI).

Et extra scholam, asseruerunt multi: Molina (I part. q. II, a. III), Vasquez, Granados, Tertot, etc.

Apud recentiores autem generaliter tenetur. Ita, Tomiorgi, Cornoldi, Elia Blanc, Vallet, Lafosse, Cinoulhiac, Mariussi; sed omnes illi non sunt nisi ultimi quidam anelli magnae catenae cujus majores sunt:

-1- Contensonus. (Theol. Mentis et cordis, lib. I, Diss. I, cap. II)

se-seu- "Verum et formale Dei constitutivum est ratio entis a se
"seu per essentiam; unde si Deus describi deberet sic
"exprimendus foret ejus notio: Deus est ens a se et per
"se subsistens." Et iterum: "Ad effluendum sublimem
"et elevatum de Dei maiestate ideum mirum in modum con-
"ducit contentia quae Dei naturam constituit per ens a se
"seu ens per essentiam, seu per essendi plenitudinem."

-2- Tournely. (De Deo ac Divinis attributis. qu. III, a. I)

"Assuetas, seu independentia est differentia Dei specific

-3- Franzelin. (De Deo Uno, Sect. III, cap. I)

"Quamvis absolutae perfectiones divinae realiter dis-
"tinctae non sint nec proinde una aliis prior ceterarum-
"quae fundamentum in re ipsa intelligi possit; distincti

"tamen rationis ex imperfecto nostro concipiendi modo
"consequens satis est ut essentiam et essentialis proprie-
"tates distinguamus. Hac autem distinctione posita es-
"sentiam in eo collocandam esse concludimus quod Deus
"est ens a se".

-4- Sanseverino. (Elementa Philosophiae Christianae, Theol. naturalis
cap II, a.V)

"Asseditas, sive esse a se tanquam divinae essentialis cons-
"titutivum recte aliquando assignatur. Et sine asseditatem
"tanquam aliquid primum in Deo esse concipimus."

- 5- Remer (Theologia naturalis, Lib.II, cap.I, a.III)

"Ut Deus esse naturaliter ex creaturis cognoscimus, ita
"ex iisdem in divinae essentialis aliqualem cognitionem
"veram, et si analogam, devenimus ad eam autem comparandam,
"triplici via uti possumus: affirmationis ex causalitate,
"negationis seu remotionis ex excessu seu supereminen-
"tias. Divinae essentialis metaphysice consideratae cons-
"titutivum optime exhibitur per ipsum esse subsistens."

-6- Mercier. (Médécine, 2e partie, chap.Ier)

"L'Être actuel Absolu est de l'essence métaphysique de
"Dieu. L'Être actuel Absolu est toute l'essence métaphy-
"sique de Dieu: Deus est ipsum esse subsistens."

-7- Schäfflini. (Disp. metaph., disp.II, sec.VII)

"Essentia Dei Metaphysica considerata, optime exprimitur
"per hoc quod sit ipsum esse, irreceptum scilicet seu per
"se subsistens".

-8- Liberatore. (Institutiones philosophiae, Theol.nat., cap.II, a.I).

"Constitutivum divinae naturae optime exprimitur per hoc
"quod Deus sit ens a se."

- 9- Lettini. (Theologia dogmatica, pars I, cap. III)
"Ipsum esse irreceptum seu esse a se et per se subsistens est proprium constitutivum naturae divinae."
- 10- De Maria. (Theologia naturalis, tract. I, qu. III, a. 4)
"Constitutivum Dei in eo reponendum est, quod Deus sit ipsum esse subsistens, et actus essendi purissimus in nullo subjecto receptus. Quocirca "qui est" est nomen maxime proprium Dei et creaturis incommunicabile".
- 11- Gonzalez. (Phil. Elem., lib. VI, cap. I, II)
"Dei essentia metaphysica spectata constituitur per esse a se."
- 12- Sala. (De Deo Uno, tract. I, pars I, cap. II.)
"Deus est ipsum esse subsistens, in hoc autem essentia Dei metaphysica contineri videtur".
- 13- Raquet. (De Deo Uno, Disput. II, qu. I, a. IV)
"Constitutivum divinae naturae, modo nostro intelligendi in eo reponendum est quod Deus est ipsum esse subsistens"
- 14- Reginaldus M. Fei. (Theologia Dogmatica De Deo Uno, sec. II, a. I)
"Deus definiendus est: esse a se cum tota plenitudine "essendi".
- 15- Farges. (Idée de Dieu, IIIème partie, II)
"La note caractéristique de Dieu est l'asséité radicale"
- 16- Barbodette. (Cours de philosophie scolastique. Theodicée, liv. II, c
"L'asséité radicale est l'attribut primaire de Dieu."
- 17- Labrousse. (Praelectiones Theol. nat. cap. III)
"Essentia quasi metaphysica Dei, seu id quod nostro modo concipiendi tanquam primum Dei constitutivum est habendum, merito reponitur in actu pure essendi".

- 18- Georgius a Villa Franco. (Compendium philosophiae, juxta dogmata
sancti Thomae, S. Bonaventurae et Scoti,
Theologia naturalis, c.I, a.III)

"Constitutivum divinae naturae optime exprimitur per
"aseitatem seu per hoc quod Deus sit ens a se."

- 19- Mendive. (Institutiones phil.Schol.admontem s.Ths.et Suarezii,
Theodisae, cap.II)

"Essentia Dei metaphysica in hoc repemenda videtur
"quod Deus ait ens a se plenum plenitudine essendi".

- 20- Ferrone. (Prael.Theol., De Deo ejusque attributis, pars I, c.III)

"Essentia Dei metaphysica videtur constituenda in eo
"quod sit ens a se ac independentis, seu in existentia a se

- 21- Thomas ex Charnes. (Theol.universa, De Deo Uno, pars II,.)

"Elementum primum essentiae divinae seu essentia
"Dei metaphysica est ens simpliciter ens.

- 22- Michel. (Dictionnaire de Theol.Cath.- Essence - col.834)

"En Dieu, non seulement l'essence s'identifie à l'existence
"ce, mais le concept d'essence renferme l'existence. L'Essence
"se subsistens est le dernier concept auquel nous puis-
"sons nous arrêter en scrutant l'essence divine, autant
"que notre intelligence peut le faire."

- 23- Jungmann. (Institutiones theologiae, De Deo uno, pars I), cap.II, a.II)

"Deus est ens a se, simpliciter et absolute; merito au-
"tem theologi plerique statuunt in hoc Dei aseitate es-
"sentiam Dei metaphysicam citare esse".

- 24- Lortie. (Elementa Phil.Christ., Theol.Nat., lib.II, cap.I)

"Constitutivum divinae naturae, secundum modum nostrum
"intelligendi repemendum est in hoc quod Deus est ipsum

"esse subsistens".

-25- Pâques. (Somme Théologique, com.in I p. qu. III, a. IV; qu. XIII, a. XI).

"Quand nous aurons dit de Dieu qu'il est l'Être nous

"aurons implicitement tout dit: C'est la plénitude.

"Le terme: celui qui est, est de tous le plus propre à

"désigner Dieu."

-26- Billet. (De Deo Uno, cap. II, qu. III).

"Essentia Dei metaphysica reponenda est in subsistentia

"actus essendi sive in eo quod Deus est ipsum esse sub-

"sistens."

-27- Del Prado. (De Veritate Fundamentali philosophiae christianae,
lib. III, cap. II).

"Hoc quod est esse est substantia vel natura Dei".

-28- Hugon. (Tractatus Dogm., De Deo Uno et Trino, qu. II, a. II)

"Essentia divina constituitur, non per infinitat per

"subsistentiam actus essendi, quatenus Deus sit ipsum

"esse per se subsistens."

-29- Garigou Lagrange. (Dieu son existence, sa nature, IIe partie, c. Ier)

"Le constitutif formel de la nature divine selon no-

"tre mode imparfait de connaître est l'Être même subsis-

"tant."

-30- Maritain. (Elements de Philosophie, Intr. Tome I, C. II, sec. II)

"Cette perfection "d'être par soi" caractérise avant

"tout l'acte pur."

Deinde assumitur sententia illa a Sancta Mater nostra Ecclesia, in de-
posito thomistico, instituta ut vera ac valida totius philosophiae christia-
nae lapis angularis cujus est apparet ut enuntiatio vigesima-tertia, quae est

DEMONSTRATIO THESEOS

Praenota:-

Apprehensis terminis, veritate quoque proposita, tempus est demonstrandi. Propter nimiam complexionem materiae, et claritatis salvandae causa, procedere intendimus per partes, secundum maximam antiquorum: divide et impera. Itaque in prima parte quidem, quaestionem nostram dilucidabimus quoad "an est", scilicet: "an Deus habet essentiam metaphysicam;" in secunda autem quoad "quid est", seu "quid sit essentia Dei metaphysica." Et sic salvabitur connaturalis processus mentis nostrae qui semper fit ex minoribus ad maiora, ex facillioribus ad difficilior.

Ambo autem partes, tam prima quam secunda, adhuc sub duplici aspectu considerantur, scilicet, doctrina ostenditur et postea defenditur. Primum est sub capite "Positive", quia est positio veritatis; secundum sub titulo "Negative", quia est negatio seu depositio erroris.

Partibus factis, ad primam partem.

PRIMA PARS

A) Positive

Deus habet essentiam metaphysicam.

Ad hanc veritatem demonstrandam, totus discursus noster in hoc argumento reduci potest, videlicet:

MAJOR: Recte dicitur quod Deus habet essentiam metaphysicam, si essentia ejus a nobis cognoscitur, multis sub rationibus formaliter diversis, quarum una concipitur ut prior et caeterarum radix.

MINOR: Atqui essentia Divina a nobis cognoscitur, sub multis rationibus formaliter diversis quarum una caeteras antecedit et explicat.

CONCLUSIO: Ergo Deus habet essentiam metaphysicam.

Major nostra jam fulget veritate ex omnibus supradictis. "Essentia" enim desumitur per respectum ad intellectum; quod proinde cognoscitur habet essentiam. "Metaphysica" dicitur illa essentia quae se habet, secundum nostrum modum intelligendi, ut essentia essentiae, scilicet essentia prout separata actualiter a suis quibuscumque convenientibus, in statu physico rei. Haec autem demutatio a parte rei non reperitur, ibi nulla habetur multiplicitas nisi secundum rem. In ordine enim physico, essentia et propria metaphysica unum ac idem sunt. Ergo essentia metaphysica supponit separationem secundum rationem, quod non contingit sine cognitione. Diximus specialiter "sub multis conceptibus" ad declarandum quod agitur de distinctione conceptuali ut explicabimus in nostro minori. Deinde asseruimus quod requiritur anterioritas scilicet: non solum partitio, sed partitio secundum gradum nobilitatis. In quibus verbis expresse declaratur nexus causalis qui viget inter essentiam ac proprietates, et non fit sine nexu nobilitatis ac perfectionis. Ergo manifestum est quod in majori nostra sunt omnes indoles essentiae metaphysicae: cognitio, separatio ac partitio. Tunc revera agitur hic de essentia metaphysica nostri subjecti.

Minor autem per partes probabitur. Demonstrabimus primo: quod Deus cognoscitur a nobis; secundo: quod sub multis conceptibus concipitur; tertio: QUOD-INTER-ILLOS quod inter illos conceptus ordo secundum prius ac posterius salvatur.

PRIMA PARS MINORIS: Deus cognoscitur a nobis.

Hoc reducitur ad duplicem quaestionem, videlicet: an cognoscimus Deum, et quomodo cognoscimus.

Ad quam doctrinam dillucidendam, dicimus quod cognitio contingit secundum quod cognitum est in cognoscente. Cognitum autem est in cognoscente secun-

modum cognoscentis. Unde cujuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suae naturae. Est autem multiplex modus essendi. Quaedam enim sunt quorum natura non habet esse nisi in hac materia individuali et hujusmodi sunt omnia corporalia. Quaedam vero sunt quorum naturae sunt per se subsistentes non in materia aliqua. Hujus modi sunt substantiae incorporeae. Magna igitur quae non habent esse nisi in materia individuali cognoscere est nobis connaturale eo quod anima nostra per quam cognoscimus est forma alicujus materiae quae proinde habet duas virtutes cognoscitivas. Unam quae est actus alicujus corporali organi et huic connaturale est cognoscere res secundum quod sunt in materia individuali, unde sensus non cognoscit nisi singularia; alia vero virtus cognoscitiva animae est intellectus qui non est actus alicujus organi corporalis. Unde per intellectum connaturale est nobis cognoscere naturas quae quidem non habent esse nisi in materia individuali, sed secundum quod abstrahuntur ab ea per considerationem intellectus. Intellectus enim ex ratione sua usque ad intima rei penetrat: secundum rationem ejus nominis quod idem sonat ac "inter-legere", seu legere ad intra. Dum sensus attingit rem quoad factum, intellectus attingit quoad rationem explicativam ac determinativam, quoad quidditatem seu causam propter quam res est id quod est et quoad typum cujus est realisatio. Cur autem hoc non revelatur sensui? Manifeste causa est quia sensus prout materiale, versatur etiam circa singulare ac materiale. Singulare autem non est de quidditate entis corporalis. Nam ratio istius singularitatis a materia provenit. Materia autem est principium omnino indeterminatum, quatenus omni actuatione caret; est tantum substratum commune omnium quidditatum, in quibus causalitas ejus exercetur indeterminate tantum. Unde constat quod omnia quae sunt ex ratione materiae non habent vim determinativam neque explicativam. Singulare enim pendet a materia; ergo revelare quidditatem rei nequit; et ideo sensus qui attingit singulare tantum non attingit vim rem quoad quidditatem et rationem explicativam. Haec autem ratio explicativa quae intellectui re-

velatur potest aliquomodo relaxare orbitum cognitionis ejus. Si enim invenitur res quae essentialiter ab altera pendet, respectus ille scribitur, imprimaturque in essentia ejus, et, cognita illa essentia, statim cognosci debet respectus, et consequenter aliquomodo res ad quam respectus ordinatus est. Ita in omnibus essentis intellectus proprietates legit, quae sunt respectus illius naturae. Ita etiam ex ordine corporali intellectus quasi manducatur ad ordinem superiorem. Nam, cognita essentia entis contingentis, ducimur ad cognitionem entis necessarii quod implicite in essentia contingentis continetur; et, secundum processum illum, mens nostra, primo et per se ad quidditates corporeales ordinata, elevatur ad cognitionem Dei. Quae assensio his paucis verbis describi potest: Cognosco rem aliquam in rerum natura; deinde video quod ex sua ratione est solummodo tale ens sed non ens simpliciter. Ratio quae constituitur homo, verbi gratia, est humanitas: animalitas et rationalitas; non autem existentia; quia certe possumus intelligere hominem quin existentia ejus exerceatur. Ergo ex se est solummodo id quod est sed non id quae est: i.e. est solummodo ratio suae taleitatis sed non suae existentiae ~~esse-essens, -Nabufestyn-est-ebon-qui-d-exustebat-inbuys-ibrevitanti-~~ extra causas. Manifestum est enim quod existentia omnibus convenit modo quidem diverse sed ratione proportionaliter una. Aliis verbis, haec res diversa est ab illa ex modo participandi esse, sed non ex hoc quod esse gaudet. Unde unamquamque specificatur a modo participandi esse. Jam vere quaevis ratio specificatur a constitutivo suae naturae. Ergo constitutum naturarum illarum ex modo essendi provenit. Ergo his omnibus ens-essentia necessario convenit, sed ens-existentia contingentiter tantum. Dico autem contingentiter ad manifestandum quod existentia se habet sicut adveniens ab extrinseco et extra fines naturae, sicut superadditum, et collocatum. Praesentia ejus non explicatur ex ratione rei cui praesens est sed ex quadam ratione alia. Atsi agitur res concepta ut respectus ad esse, potius constituitur per respectum quam per esse. Hujus autem esse ubi est ratio constitutiva? In omnibus

invenitur, omnibus-que, commune est. Quod autem commune est pluribus nullis convenit ex natura propria. Nam diversa ex natura sua diversa sunt tantum. Ergo in omnibus existentia non explicatur a natura. Quod autem invenitur in aliquo ente et a sua natura non causatur, ab alio in hoc ente causatur. Et non potest ultimo causari nisi ab eo qui ex ratione sua propria, tale ens possedit. Ita calor quae invenitur in aere, ex natura aeris non est sed ab alio causatur. Et si causa hujus caloris immediate non est ignis, ultime tamen ab eo pendet quia ex natura sua ignis est fons caloris. Ita in creaturis se habet existentia. Existentia autem est forma entis, non potest causari nisi a causa prima. Si causa prima non existit etiam existentia participata non esset. Ergo existit causa prima et haec vocatur Deus.

Tunc scimus, et quidem cum metaphysica certitudine quod Deus existit: Hoc revelatur per entia contingentia quae ex necessario petunt principium et causam. Num amplius inveniri potest circa Divinitatem? Possitne ipsa divina essentia a nobis naturaliter videri? Nequaquam! Et si absurditas haec ab ore nonnullorum philosophorum christianorum descendit, irrationaliter tenetur. Quomodo ens increatum contineri possit in specie creata? Aut enim species limitata est, aut non limitata. Si primum, repugnat ei perfecte comprehendere ens infinitum, quia inter finitum et infinitum non datur proportio. Si secundum, species illa nondum est creata sed est increata, est ipsum ens infinitum, est ipse Deus. Ergo ex omni parte repugnat talis assertio. Secundum principium supra elatum, illa tantum a nobis cognoscuntur quae per obiectum formale attingi possunt, aut immediate: si sunt ejusdem gradus elevationis, aut mediate, si non sunt ejusdem, sed ad gradum illum pertinent et reduci possunt. Ita Deus, quamvis ex natura sua multo nobilior contingente, in eo tamen continetur in quantum ad ejus intelligibilitatem pertinet scilicet, in quantum est ipsa causa quae ex essentia ejus exigitur. Unde Deus cognosci potest in quantum ad rationem entis contingentis reducitur. Constat autem quod in hac reductione Deus in sua pura ratione deitatis perfecte tra-

duci sequit. Hoc esset absurdum. Unde cognoscitur Deus a nobis ex hoc quod creaturae cognoscuntur ut ejus effectus, scilicet: de Deo tenemus quod est causa entis contingentis et per consequens quod non est ejusdem naturae.

Tunc ex una parte Deus cognoscitur, ex altera vero ignoratur. Simul de eo affirmamus ac negamus. Num scientia nostra sit verax? Nonne potius verborum ludus? Absit!

De Deo habemus veram scientiam sed scientiam analogicam, scientiam cujus medium non est ratio univoca sed analogica, ut oportet modo aliquod dicere. Haec est secunda quaestio: scilicet, quomodo Deus cognoscitur a nobis. Dicimus primo quid sit analogia; et secundo quid sit analogia de qua agitur modo.

Analogia medium tenet inter univocationem et aequivocationem. Illa dicuntur univoca quorum nomen est idem et ratio ab illo nomine significata est simpliciter eadem. Ita eadem ratione dicitur quod Petrus est homo et Paulus est homo. Aequivocatio autem est unitas solummodo ex parte nominis. Haec inveniuntur quando nomen unum et idem desumitur ad significandum res et conceptos totaliter diversos, verbi gratia, "gallus" quod est vel brutum vel homo in Gallia natus. Illa tandem dicuntur analogica quorum nomen est idem, ratio autem partim eadem et partim diversa, scilicet diversa simpliciter, eadem tamen secundum-quid, i.e. per aliquam proportionem seu aliquam convenientiam in qua fundatur aliqua unitas. ~~Unitas-proportionis-est-ea-quae-desumitur-ex.~~ Haec unitas secundum-quid duplex est, extrinseca vel intrinseca. Extrinseca, si ratio desumitur propria ac formaliter ab uno tantum analogato et in ceteris invenitur participative. Ita sanitas quae formaliter ac propria ab animali possidetur, quae dicitur tamen de medicina quia sanitatem causat, de colore quia sanitatem manifestat. Est autem intrinseca si ratio desumitur formaliter ac propria ab unoquoque analogato. In hoc casu unumquodque analogatum secundum suis notis quidditativis simpliciter differt a ceteris, sed est idem secundum mo-

dum quae has notas quidditativas se habent ad invicem. Habetur diversitas simpliciter, quia notas quidditativas unius et notas quidditativas alterius, absolute ac separatim sumptae, sunt omnino divergae. Habetur tamen unitas secundum-quid quia in utroque casu notas quidditativas unius ac alterius sese ad invicem eandem proportionem exprimant. Ita ratio "principii" dicitur formaliter et proprie de puncto qui lineam incipit et de causa qui effectum producit. Nam jure merito punctus est principium lineae, jureque merito causa est principium effectus; attamen causa et effectus punctus ac linea sunt rationes formaliter divergae. Sunt proinde eadem ratio proportionaliter, quia causa se habet ad effectum sicut punctus se habet ad causam. In unoquoque ratio principii salvatur, etsi principia non sint ejusdem naturae. Conveniunt in ratione principii, discrepant in ratione causae et puncti. Causa principiat ut causa, punctus principiat ut punctus. Sed causa est aliquomodo punctus, non sub ratione causae sed sub ratione principii. Unde principium est ratio analogica analogiae intrinsecae. Ita etiam "cognitio" quae proportionaliter dicitur de sensatione et de intellectione. Sensatio et intellectio sunt rationes simpliciter divergae, sed sensatio se habet ad sensibile sicut intellectio ad intelligibile. Ex hoc quod eandem proportionem exprimant sunt aliquomodo idem. Cognitio enim formalis ac proprio sensu, in unoquoque invenitur, etsi diverso sub titulo. Unde cognitio est ratio analogica analogiae intrinsecae. His autem dictis patet quomodo de subjecto scientiae simul affirmari ac negari potest. Hoc enim necesse est ubi datur scientia analogica.

Quidquid autem Deo attribuitur per hanc scientiam analogicam, scilicet per scientiam cujus medium est conceptus analogus analogiae intrinsecae. ~~Omnia enim, quae~~ In hac enim materia, univocatio simul ac aequivocatio implicat (ut speciatim videbitur in parte defensiva). Analogia autem extrinseca semper analogiam intrinsecam sequitur et supponit.

Ad hoc salvandum oportet primo statuere quod datur scientia analo-

giam, secunde quod in nostro casu applicatur circa Deum.

Quod ratio analogica est medium sufficiens ad habendam veram scientiam, faciliter probatur. Nam nullo modo repugnat quod ratio proportionaliter una sit medium demonstrationis; scilicet, quod ex proportionem unius ad proportionem alterius concludatur, si ratio sumitur in utroque casu sub eadem extensione, i.e. si sumatur prout est una, simpliciter live ut *is sic*. Erit conclusio transiens non de notis quidditativis unius ad notas quidditativas alterius nisi sub hoc respectu sunt simpliciter diversa, sed de habitudine quae cadit inter notas quidditativas unius et habitudinem quae exercetur inter notas quidditativas alterius. Nam sub respectu illo, sunt unum et idem, et proinde secundum adium "quidquid convenit simili in eo quod simile convenit etiam illi cuius est simili" recte concluditur.

Nam autem huiusmodi cognitione utimur ad Deum cognoscendum? Nobis videtur quod questio est prope resoluta.

Quidquid de Deo attingitur, secundum proportionem attingitur. Quidquid Deo attribuitur, secundum analogiam attribuitur. Hec multipliciter probari potest. Sed nobis videtur quod omnes demonstrationes ad unam reduci possunt. Si ratio causae Deo attribuitur analogice, quidquid Deo attribuitur etiam analogice attribuitur. Atqui ratio causae quae Deo attribuitur est ratio analogica. Ergo.

Patet major nostra quia primus gradus quo mens ascendit in Deum est ratio causalitatis. Jam enim diximus quod Deus a nobis non cognoscibilis est nisi per creaturas: quod clarius exprimitur dicendo: Deus cognoscitur in quantum includitur in creaturis; atqui includitur in eis tamquam causa in effectu, ergo per creaturam Deus cognoscitur ut causa i.e. sub ipso conceptu causae et sub conceptu omnibus-perfectionibus omnium perfectionum quae tali causae conveniunt secundum quod est prima omnium causa. Sic dicitur a sancto Thoma: "omne quod reperitur in Deo est quasi ultimum complementum inventionis causae primae".

Minor etiam est secundum veritatem quia ens creatum causam exigit sed non causam creatam. Si ex una parte affirmamus veram causam, ex altera parte negamus quod sit causa ad modum causae creatae. Unde potius petitur ratio quae se habet ad creaturam sicut creatura se habet ad effectum, seu ratio quae eandem proportionem exprimit quam ratio causae ad effectum. Sicut causa creata quae operatur per transitum de potentia ad actum, ita ratio increata quae operatur per transitum ex non-ente ad ens. Sicut causa creata principiat in esse et simul ipsa aliquomodo etiam principiat, ita causa increata principiat quin principiat. Unde ratio causae quae demonstrationem existentiae Dei deservit sumitur prout exprimit tantum principium positivum quod realiter influit in esse cum dependentia, non autem hunc vel illud modum principii ex quo determinatur causa creata, vel increata; exprimit proinde unitatem proportionis quae praecise vocatur unitas analogica.

Analogia autem proportionalitatis quae viget inter Deum ac creaturam virtualiter continet, ad modum alicujus proprietatis, analogiam attributionis. Eadem ratio non solum convenit Deo ac creaturis propter proportionis similitudinem, sed proportio quae Deo convenit comparatur ad proportionem quae creaturis convenit, sicut primum ad derivatum, sicut sanitas dicitur de fructu per respectum ad sanitatem quae dicitur de animali, ita perfectio quae dicitur de creaturis per respectum ad perfectionem divinam, quae est ejus primum analogatum. Propterea auctores his consideratis, solent distinguere tres vias ad Deum cognoscendum, scilicet: via affirmationis seu inventio perfectionum; via negationis, seu negatio alicujus modi creati ejusdem perfectionis; via excellentiae, seu declaratio alicujus modi supereminentioris Deo convenientis.

Sic doctrina analogiae totam scientiam entis increati inbibit et illuminat. Hec pento aedificato, infinitum inter Deum et creaturam abyssum mirabili saltu intellectus noster superat, salvata uniuscujusque reverentia, nullo jure usurpato; neque enim violatur creatura de qua sola sumitur ratio

causae; relicto modo speciali; neque Deus cui attribuitur ratio ab omni imperfectione nudata; neque intellectus cui connaturale est ex simili ad simile transire. Imo, salvatur cognitio Dei quia revelaretur essentia ejus prout est in se; salvatur affirmatio simul ac negatio; attingitur quidditas Dei quia cognoscatur quidditative. Cognoscitur solummodo ex parte proportionis seu unitatis secundum -quid, scilicet: ex parte qua est communis cum creatura; ex parte autem qua simpliciter ab ea discrepat ignoratur. Jamvero quodcumque ens constituitur potius per hoc quod est proprium sibi et per rationem qua differat ab aliis quam per hoc quod eis est commune. Illud principium est evidens. Propterea ad hanc praecipuam doctrinam exprimendam, auctores omnes thomistae dicere solent: " de Deo cognoscimus quia est non autem quid est " Hoc non significat quod cognoscitur existentia et ignoratur essentia, nam si cognosceretur positive et perfecte existentia Dei hoc sufficeret. Apud eum enim existentia est idem ac essentia et omnia attributa, si autem ignoramus essentiam, etiam existentia nos latet, eadem ratione. Ergo hoc significat quod cognoscimus Deum proportionaliter; i.e. in quantum nobis proportionatur non autem quoad rem proportionatam. Quod idem sonat ac si diceremus: Deum cognoscimus analogice.

SECUNDA PARS MINORIS: Deus cognoscitur sub multis conceptibus formaliter diversis.

Secundus gressus nostrae demonstrati huius sic intitulatur: quatenus est prior continuatio. Hec quidem convertim explicant, confortant et defendunt. Attamen nobis videtur quod positio illius dari potest absque repetitione tot et tanti adhuc dillucidandi sunt.

Propositum nostrum ex duplici capite probatur. Habetur enim multiplicitas conceptuum ad exprimendam divinam perfectionem ratione subjecti cognoscentis, videlicet: intellectus nostri; et ratione objecti cogniti i.e. ipsa divinitas.

Aliis verbis ,Deus cognoscitur sub multis conceptibus propter limitationem intellectus et propter immensitatem Deitatis.

Limitatio intellectus multipliciter conceptuum caret siquidem hoc invenitur non tantum in cognitione Dei sed in quocumque objecto ; non tantum ex parte alicujus impedimenti, sed ex ipsa natura et constitutione intellectus nostri, Nonne diximus quod modus intellectivus sequitur modum naturae ? et per consequens quod natura cognoscentis quae materia imbibitur fundat cognitionem materialitatis imbibitam ? Absque hoc in ipsis, talis est fortuna. Nil a nobis intellectualiter possidetur quin a sensu antea proponeretur. Ad procurendam speciem intelligibilem requiritur operatio abstractiva. Intellectus enim spiritualis est, objectum autem materiale. Materiale non spiritualisatur quin singulare pereat; unde quidditas abstracta idem sonat ac quidditas universalis, et quidditas abstracta universalis partialiter tantum objectum singulare ac concretum. Constat igitur quod ad repersionem totalem ac integram objecti, plures actus ponendi sunt. Deinde, repertis rationibus, eas intellectus componit per iudicium et in uno conceptu repraesentat quae antea separata sunt. Ita ad repersionem quod Paulus ridet intellectus apprehendit separatim " Paulus " et postea " ridere " ; denique utrumque coniungit, et habetur " Paulus ridet " . Eodem processu essentiam proprietatibus persistentem discernit ex necessitate, siquidem revera distinguuntur in re seu si agitur de propria ac essentia physica; ex indigentia autem et consuetudine suae naturae si in re non invenitur multiplicitas sed tantum fundamentum ad multiplicem citatem. Unde semper necessitatur intellectus ad operandum circa objectum suum multiplex quodam sub aspectu diverso se habere; et consequenter multos conceptus ad exprimendam unam et eandem realitatem parit.

Processus connaturalis potestne obliuisci in cognitione Dei ?

A priori negative responditur propter communem rationem, sed negatur ex alio

omnis i.e. ex parte objecti, ut diximus supra.

propter nimiam perfectionem Deus imperfecte cognoscibilis est.

Nam talis assertio ferri possit? Debemus distinguere. Quod est omniperfectum ex natura sua est maxime intelligibile et maxime cognoscibile; sicut id cuius natura est lux maxime visibile est. Omnis perfectio enim est perfecta actuatio, intelligibilitas autem super actuationem fundatur. Ergo quod est maxime actuale est etiam maxime cognoscibile. Attamen id quod est ex natura sua maxime cognoscibile, si sumitur per respectum ad tale vel tale subiectum cognoscentem, cognoscibile minimum declarari potest; imo, forsitan non cognoscibile. Sicut eo quod est ex natura sua omnium visibile quoniam pura lux est, attamen avibus nocturnis, propter debilitatem oculorum eorum, non visibile est. Ita caelestia bona, quamvis pretiosiora et desiderabiliora, a peccatoribus, propter erroneam ac tenebrosam conscientiam, non capiuntur. Ita etiam ens increatum, etsi maxime cognoscibile, fit non cognoscibile si comparatur sensibus et omnium minus cognoscibile si comparatur intellectui nostro, in via hac et tempore isto adhuc residenti, nulla vi supernaturali adjuvante.

Quodcumque enim objectum cognoscibile est secundum quod proportionatur cognoscenti. Jam asseruimus disproportionem quae viget inter Deum ac creaturas. Creaturae enim, etsi quaedam similitudo Dei sunt, longe tamen get essentialiter a Deo discrepant, quo fundatur parva similitudo proportionalis. Sicut modus naturae creatae proportionaliter est natura divina, ita modus cognitionis proportionaliter tantum identificatur cum objecto divino.

Jam implicite solvimus hanc difficultatem ubi assignavimus medium inter cognoscibilitatem et non cognoscibilitatem Dei videlicet: analogiam. sed oportet nunc totam vim argumenti evolvere scilicet ostendere quomodo ipsa analogia fundat multipliciter in subiecto quin fereat simplicitas objecti. Et hoc probabimus per argumentum illud.

Legitime et recte ponitur multipliciter in Deo, seu cognoscitur Deus

2^o. Conceptibus formaliter diversis si le. plures perfectiones suo ipso ac proprio sponte, separatim ac ratione diversa potunt Deo formaliter attribui.
2^o. Si amplius, unaquaque perfectio ad ultimum ducta, non repugnat cum caeteris identificari. 3^o. tandem, si hoc punctum unionis cujuscunque perfectionis nos latet i. e. non positive ac explicitè cognosci potest.

Atqui, haec tria inveniuntur. Arge-leg

Arge, legitime ponitur multiplicitas, recte cognitionem nostram fundat ac deserviet ac roborat, intacta excellentia divinitatis.

Patet major et non indiget explicatione. Multiplicitas sic reperta revera est multiplicitas et nullo modo affectat divinitatem neque ei imperfectionem tribuit.

Minoris validudo per partes evolvetur.

Id. plures perfectiones eorsum sumptae sua ratione propria formaliter Deo debent attribui.

Inveniuntur enim in rerum natura perfectiones analogicae quae in suo conceptu formali imperfectionem non dicunt; quia ubicumque salvantur ad perfectionem subjecti salvantur. Semper melius est eas possidere quam non. Limitatione quidem gaudent sed ex parte modi creati sub quo hic et nunc continentur. Quare vocantur simplices i. e. non mixtae perfectiones et imperfectiones. Longe enim discrepant a perfectionibus mixtis quae huic et illi naturae creatae conveniunt tamquam constitutivam essentialiter limitatum extra cujus fines non inveniuntur. Exemplum perfectionis mixtae est humanitas quae constituitur rationalitate et animalitate. Humanitas enim ab naturam humanam limitatur et extra eam reperiri nequit. Repugnat homo qui sit immensus, immutabilis, aeternus. Hujusmodi homo jam non esset homo sed monstrum. Humanitas infinitate ac immensitate praedita non amplius est humanitas sed ipso facto destruitur. Est enim perfectio mixta, seu quadam imperfectione praedita, qua imperfectione remota, non ipsa eadem perfectio manet sed alia perfectio fit. Et contra omnes perfectiones simplices cres-

cere possunt in infinitum. Exemplum est "cognitio" seu actio qua habetur immaterialiter forma, nullam imperfectionem in sua ratione formali involvit. Si vero limitatur, ex imperfectione huius et istius subjecti cui adheret, limitatur. Remota autem imperfectione, suo sponte perfectionem evolvit; imo remota omni imperfectione, ipsa implicite omniperfectio fit. Atsi apparet in bruto tanquam operatio dependens a materia, seu ab organo materiali, huic modo non limitatur. Jam multe nobilior apparet in homine ubi receptaculum est independens a materia, et proinde ad omne ens sese extendit. Sed humanam perfectionem adhuc transcendit. Jam homo immaterialitate gaudet, sed cum materia multa ligamenta conservet, quibus obumbratur lux intellectualis. Atsi denique in angelo nulla est materia remanet quaedam potentialitas radicalis, dualitas realis qua forma adhuc limitatur et existentia partialiter tantum recipit. Ex hac ratione cognitio impedimento moratur substantia non immediate omni sua actualitate gaudet, actu disatur quidem simpliciter, est potentialis autem secundum-quid ac proinde activitas ejus superveniet ad modum accidentis. Ipsa quoque cognitio inheret tanquam forma superveniens quae est representatio intentionalis formae naturalis. Nonne cognitio excellentiorem gradum quaerit? Non repugnat enim pervenire usque ad omnem independitiam a potentia, quae nihil aliud est quam perfecta realisatio "possessionis immaterialis". Talis cognitio haberi potest in qua forma naturalis sit ipsa forma intellective apprehensa. Possessio enim fit per unionem subjecti possidentis et objecti possessi; atqui ad habendam illam possessionem ac unionem quae est possessio actualis, non necesse est quod antea possidens et possessum sit in potentia ad possessionem. Imo, cognitio suam perfectam realisationem suscipit in hoc statu verae independitiae simpliciter, ubi cognoscens non tantum est cognoscens in potentia sicut in homine et in bruto; aut in actu primo, sicut habetur in formis separatis, seu simplicibus, sed floret in actu secundo, in pura sua actualisatione. Ita objectum intelligibile multo magis perfectum est si non solum in forma super-

~~adde~~ sed in forma reali tenetur. Si humanus cognoscens est aliquemodo omne ens accidentaliter per suum actum cognitionis, ita dari potest cognoscens quod est totum ens substantialiter per suum actum cognitionis, et cognitio illi formaliter attribui debet. Imo, possessio formae immaterialis non perfecte realizatur nisi in eo. In quantum enim cognitio sumitur pro nexu proportionali qui cadit inter naturam independentem a materia et actus qui huic naturae convenit: haec proportio potest crescere in infinitum.

Quod dicitur de cognitione potestne aliquibus aliis sane attribui? Constat quaedam perfectiones quae cognitionem sequuntur. Sed res melius illustratur per inceptionem a capite, i.e. a ratione fundamentali ex qua discernitur si haec vel illa perfectio revera simplex est. Unde si quaeritur quomodo in utroque casu discernitur si perfectio est simplex vel non, quid respondetur? In nostro enim aetatis tempore homines percuriosi sunt ac cultores celeritatis. Brevis erit nostra responsio.

Perfectio nihil aliud est quam ipsum ens. Et si enim ex origine nominis "perficere" idem sonat ac transire ad esse, attamen transitum non significat et idineum est ac esse. Unde ratio perfectionis est simplex seu ab omni imperfectione dondata, ubi ratio entis aliquomodo in sua amplitudine salvatur: vel absolute, vel relative. Talis perfectio ex ratione sua nullam limitationem exarmit: ens enim sese extendit in infinitum. Si autem mixta imperfectione reperitur, hoc non ab ~~alio~~ ipsa perfectione provenit sed a subjecto cui inhaeret; a modo secundum quod hic et nunc exhibetur: uno verbo, limitatur quia sive a materia sive a quavis potentia ex ratione entis versus rationem non-entis aliquomodo trahitur. Quare dicimus quod semper melius est illas perfectiones possidere quam non, quia dicunt esse et semper melius est habere esse quam non-esse, ut patet. Sunt proinde perfectiones simplices, vel ipsum ens sub tota sua latitudine sumptum, vel proprietates ejus quae ipsum consequuntur ubicumque ierit: puta verum, bonum, ^{vel} correlativa entis i.e. ea quae apta sunt convenire cum omni ente; seu relativa quorum

specificativum est ens in quantum ens; seu omnia quae ex definitione a ratione entis pendent, verbi gratia, intellectus et voluntas. Una verbe sunt transcendentalia et ea quae definiuntur per relationem ad transcendentalia.

Ratio entis in se nulla imperfectione praedita est; nam de se non dicit tale vel tale ens, imo omnia transcendit. Jam in creaturis imbibit omnia sub ratione simpliciter diversa; nulla igitur apparet repugnantia quod enti increate attribueretur proportionaliter idem secundum modum simpliciter diversum.

Non apparet repugnantia ad praedicandum de ente quod existentiam haberet.

Existentia enim suffert modum eminentiorem quam existentia entis creati.

In sua enim conceptione formali dicitur tantum quod est id quo res ponitur extra causas et extra nihilum. Ad quam perfectionem habendam parum refert si existentia causetur vel non; si ab ipsa re cujus est actus realiter distinguetur vel non. Si proinde res ita se habet apud creaturas, defectus est a creaturis non autem ab existentia.

Rationem entis sequuntur rationes unitatis, veri ac boni: quae manifeste entis amplitudinem non limitant quia sunt ipsum ens sub diversis aspectibus sumptum. Unus est ens prout indivisibile. Verum est ens prout intelligibile. Bonum est ens prout appetibile.

Correlativa autem entis, veri, ac boni, sunt causa, intellectus et voluntas. Causa quidem, quia causare est realicare seu ens efficere. Intellectus quae est facultas veri seu relatio quae habet verum tanquam obiectum immediatum. Voluntas quae a bono immediate specificatur. Correlativa autem sunt ejusdem naturae. Quare ad transcendentalia immediate tendit, ipsam extensionem transcendentalium participant. Quia illae perfectiones, quatenus ad ipsam plenitudinem perfectionis ducunt, ipsius omnip perfectionis valore gaudent. Si enim ratio entis purificatur, etiam ejus relativa; et sicut ens reliquit modum creatum, ita unitas, bonitas, ac veritas; ita intellectus, voluntas ac causalitas ex modo participato in modum per essentiam transiunt.

Argo minor patet quoad primam partem, scilicet reperiuntur perfectio-

nes quas ex propriis suis rationibus, quas suo sponte non repugnant Deo formaliter attribui.

2o, Ad secundam sine mora transimus, quae sic enuntiatur: unaquaeque perfectio simplex non recusat in summo suo gradu perfectionis sumpta, cum aliis perfectionibus simplicibus realiter identificari in eminentia Deitatis.

Haec enim rationes inveniuntur diversae in creaturis duplici modo: vel ex hoc quod ad diversam lineam pertinent seu ex hoc quod specificantur specificativo diverso, v.g. intellectus et voluntas, quarum una specificatur a vero altera autem a bono; vel ex hoc quod sese respiciunt sicut actus et potentia: videlicet, et si intellectus et intellectio pertinent ad eandem lineam, prout tamen intellectus se habet ad intellectionem sicut potentia, intellectio vero se habet ad intellectum tanquam actus, inveniuntur diversae. Quoad ultimum patet quod non recusant unionem; quas enim secundum rationem potentiae et actus dividuntur ex ratione status imperfectionis diversae sunt et ubi tollitur potentia et imperfectio duae perfectiones illae una et eadem fieri possunt in summo gradu actualitatis evertunt et ipso facto ad perfectam realisationem quam appetunt deveniunt. Utraque enim ex natura sua aliam petit. Haec igitur perfectiones etiam secundum nostrum modum concipiendi positive in Deo ad modum unius concipiuntur et omnem distinctionem objectivam fundatam in ipso objecto divino (ut infra speciatim videbimus) rejiciunt.

Quoad vero perfectiones quae pertinent ad lineas diversas, non est idem: positive enim et explicitè earum identificatio non videtur. Attamen eam fateri conati sumus, et non solum ex ratione communi i.e. in quantum unaquaeque alteri tribuitur, non ex quadam ratione extrinseca i.e. quia in Deo non ponitur multiplicitas; sed ex speciali ac propria intrinseca intrinsecae ratione uniuscujusque. Exemplum autem invenitur in voluntate et intellectu quae ut diximus sunt perfectiones ad diversos ordines pertinentes,

quatenus habent specificativum diversum. Quomodo hae perfectiones inveniuntur apud Deum? Certe in summo gradu perfectionis. Sed per quid specificantur. Quid intelligens summum intelligit? quid summum volens vult? Si summum intelligens est summum intelligens seu omni perfectione intelligibilitatis praeditum, et per suum naturam immediate in plenitudine suae actualitatis invenitur, si aliis verbis, actus intellectus nihil aliud est quam actus suae formae naturalis, objectum ejus est ipsa sua essentia.

Ex alio autem capite bonum summum volens non concipitur tanquam summum volens si non fulget splendore volitionis, si non concipitur ut identificatum cum suo objecto. Appetitio hujus voluntatis caret desiderio; quod enim desideratur non possidetur, et voluntas quae non possidet non est perfecta, non est voluntas in summo, seu voluntas summi voluntis. Solum igitur remanet fructio et delectatio in bono presenti ac possessio. Quia enim parte ipsum bonum absolutum petit concipere ut bonum appetitum et gustatum in actu secundo.

Simul ergo concluditur quod objectum volitum est ipsummet subjectum volens et consequenter quod objectum volitum est ipsa essentia voluntis.

Tunc ex una parte non possumus concipere intellectum divinum et essentiam divinam sub alio conceptu alius et alius perfectionis perfecte ac ex parte ipsius objecti divini separatae. Ex altera parte non possumus concipere voluntatem divinam et essentiam divinam separatim ac seorsum sub conceptu diversorum perfectionum in eo taliter inventarum. ~~In utroque casu separatim latitudo in locum limitatur quod.~~ Quid sit conclusio talis ac tanti ambiguitatis? qualis consequentia? ex tam expressis ac evidentibus praemissis? Nobis videtur quod sequela exhibetur, quod illatio sine difficultate perspicitur. Intellectus ac voluntas prout divinae simplices simul ac suo utraque sponte identificationem simultaneam appetunt. Atsi secundum nostrum modum concipiendi diversis sub aspectibus, diversis sub lineis, diversis sub conceptibus manifestantur, quatenus enim ex propriis suis notis utraque identificantur in cum essentia divina, concludere debemus quod certe identifi-

cantur mysteriose quidem in eminentia divinitatis. Sed in quantum a nobis procul perspiciuntur talem directionem habent quod sine visione concursus in termino, sane, recte, ac sapienter affirmatur.

Sed attende adhuc momento;ultima verba non diximus. Pertinent ad tertiam partem ad quam considerandum oportet modo laborare.

3o, Punctus identificationis seu concursus omnium perfectionum in una eademque ratione formalis et explicita non latet. Ut quid assertio haec? Nonne repetitio ac perditio verborum? Non! Est enim maximi momenti nunc investigare si affirmatio nostra procedens est evasio timoris vel conclusio valida. Recte quidem concludimus ad concursum perfectionum, si ex parte puncti intentionis cursus et ex parte ejus termini ad hanc conclusionem habendam ducimur h.e. si in initio intellectus et voluntas suo proprio sponte incrementum infinitum appetunt et si in fine intellectus et voluntas ad essentiam divinam convertunt, sed multo magis si iam est essentia divina nos latet, si modus divinus intellectus ac voluntatis proportionaliter tantum a nobis cognoscitur. Aique ita res se habet propter debilitatem mentis nostrae et propter nihil in perfectionem deitatis prout in se est. Idem est enim identificationis formalis ac explicita omnium divinarum perfectionum ac modus positivus quae haec perfectiones acquirunt in Deo. Imo idem est ac ipsa deitas prout est in se et omnis cognitionis creatae vim naturalem transcendit. Si enim perspicimus hanc identificationem, perciperimus imo comprehenderemus totam rationem Dei. Propterea non possumus tenere claram ac immediatam evidentiam hujus veritatis, sed quia nos latet ut nescientia non autem ut ignorantia est. Non est enim cognitio quam debemus habere, sed quam debemus ignorare, ad affirmationem tantum ponendam conati sumus. Quae assertio nobis imponitur non a timore sed a carentia evidenti e, a nescientia non reprehensibili et ab evidenti non-repugnantia.

Argo vera ponitur multiplicitas in Deo secundum nostrum modum concipiendi quin foreat divina simplicitas prout in se est ac ab itum nostrae con-

ceptionis latet.

Argo invenitur triplex status apud perfectiones simplices. Scilicet status imperfectionis, prout in rebus creatis nobis presentantur realiter diversi; status purus et explicitas identitatis, prout ipsam divinitatem mystericose componunt, quod nos latet; et denique status medius i.e., prout secundum nostrum modum concipiendi de eo praedicantur. In hoc momento sunt in summo gradu simplicitatis, in summo otium gradu perfectionis. Attamen adhuc se habent ut plura, quia haec simplicitas hac infinitudo a nobis non positive concipitur sed negative tantum ac relative. Non dicimus quod adhuc simplicitatem ac infinitatem acquirere possunt sed quod ille gradus simplicitatis ac infinitudinis non tam perfecte a nobis concipi potest quam explicita eorum perfectiones, quae nihil aliud est quam ipsa met omniperfectio exhibent. Tollitur enim imperfectio quod unaquaque perfectionem vel remanet multipliciter perfectionum.

Dupliciter tandem consideratur essentia ^{physica: vel} Si prout omnino nobis invisibilis et intacta, scilicet ~~essentia~~ ^{physica} seu eminentia latitatis, vel prout nobis apparet ut cumulum seu aggregationem omnium perfectionum simpliciter simplicium in summo gradu perfectionis, simplicitatis ac infinitatis; aliis verbis, collectio omnium perfectionum prout substantiarum. Sicut esset albedo si subsisteret in se ipsa, certe totam suam plenitudinem albedinis contineret. Si enim esset quodammodo albedo extra eam, non esset careret albedine, et si careret albedine non esset infinita. Quaecumque igitur extra eam esset, per similitudinem ac dependentiam ab ea esset. Infinitas autem simplicitatem exigit; nam infinitas nullis limitibus circumscribitur quod autem compositum est habet partes, et pars per partes limitatur. ~~et~~ Altera quidem ratione probatur: quod est multitudo fundatur super limitationem et a potentia, originatur. Ubi autem habetur infinitas non habetur limitatio nec potentia et actus de se mutuo limitari nequit: hoc esset contradictio, Argo sequitur quod simul habetur simplicitas et unitas.

Albedo quidem non potest subsistere quia, etiam si eversum sumitur, attamen infinitatem secundum-quid dicit, infinitatem rationis albedinis. Perfectiones autem divinae non solum infinitatem relativam ac secundum-quid habent sed infinitatem simpliciter, et per consequens simplicitate simpliciter (perfectio simpliciter-simplex) gaudent. Sed quomodo hac simplicitate servata, reperitur multiplicitas?

Si unaquaque perfectio divina omniperfecti non significat, quomodo fatemur distinctionem inter eas? Hoc praestat nobis explicare. Duo sunt genera distinctionis: scilicet, distinctio realis ac distinctio rationis. Distinctio realis est ea quae invenitur a se a parte Dei et secundum rem, in rerum natura, nullo considerante intellectu. Viget enim seu inter rem et rem, verbi gratia, inter unum latorem et alium, seu inter rem et modum ejusdem rei, verbi gratia, inter punctum ac lineam. Haec vocatur modalis, illa entitativa; ambo vocantur realis.

Distinctio rationis autem procedit ab intellectu, quatenus eandem rem multiplici sub aspectu diverso considerat, quorum unus ab alio discrepat. Distinctio rationis duplex est: vel secundum conceptum, vel secundum nomen. Propterea una vocatur distinctio conceptualis, altera distinctio nominalis. Melius a lingua accuta scholasticorum: vocatur distinctio rationis-ratiocinantis, seu distinctio quae parit ratio ludenti causa; et altera rationis-ratiocinatae, seu distinctio quae mediante consilio et cum gravitate fit. De nomine parum refert, "non verba sed res". Distinctio nominalis invenitur ^{eandem} ubi conceptio multis nominibus exprimitur. Distinctio conceptualis vero viget inter conceptus et eorum pluralitatem formalem supponit. Ratio est quia prima distinctio non habet fundamentum in re, secunda vero fundamentum habet. Ipsa enim res, etsi non diversa, propter quos multos aspectus diversos, fundat diversitatem conceptionis. Ita anima humana, etsi una, quia tamen habet facultates et producit actus diversos, scilicet sensationis ac intellectionis, concipitur ut rationalis ac animalis, et habetur animalitas ac ratio-

nalitas tanquam formalitates diversas. Constat igitur quod etiam in isto casu, a parte rei actualis diversitas non invenitur, diversitas enim a parte rei est diversitas realis cui opponitur unitas realis sicut contradictoria. Atqui dicimus quod adest unitas in re scilicet unitas realis, ergo omnis distinctio actualis rejicitur. Attamen si removeretur distinctio actualis non repugnat alia distinctio quae vocatur virtualis seu distinctio fundamentalis. Et distinctio virtualis est ipsemet fundamentum distinctionis rationis-ratiocinatae seu conceptualis. Potest igitur definiri: eminentia rei praebens fundamentum ad distinctionem habendam. Cum altera distinctio scilicet verbalis quasi describeretur: eminentia rei conceptae praebens fundamentum ad multipliciter nominis, sicut idem homo vocatur Tullus ac Cicero. Subi. De hac distinctione rationis-ratiocinantis non agitur modo sed in parte defensiva demonstrationis hujus; nam non utitur circa divinitatem ita ut possit constituere diversas perfectiones neque fundare circa has perfectiones processum scientificum. Propterea si proclamatur non est secundum veritatem et indiget de positione/ potius quam positione.

Distinctio autem rationis-ratiocinatae adhuc partitur dupliciter scilicet: vel est cum fundamento in re extrinseco vel cum fundamento intrinseco. Ad est fundamentum intrinsecum si in ipsa re reperitur diversitas aspectus seu formalitatis, extrinsecum vero si rationes quae in aliqua re ne virtualiter quidem separatae sunt, in alia tamen distinguuntur. Ita perfectiones intellectus ac intellectionis, voluntas ac volitionis, quae propter puritatem quae suscipiunt in ente divino non reperiuntur distinguibiles, quia in creaturis reperiuntur distinctae, etiam etiam in nostra conceptione quae mensuratur a creatis, multiplicantur. Et si distinctio haec est quasi-medium inter distinctionem conceptualem ac nominalem, attamen distinctione nominale totaliter discrepat. Est subtilitas sed in hac peculiari subtili materia et non rejicitur sine periculo. Imo, est distinctio conceptus et conceptus, cum distinctio nominalis est inter vocem et vocem tantum. Una fundat proces-

sum scientificum, altera non; una procurat scientiam altera est ludus rationis. Hujus modi distinctio viget inter perfectiones divinas quae formaliter dicuntur de Deo ac de creaturis, quae tamen increaturis et se habent altera ad alteram sicut potentia ad actum et se habet altera ad alteram sicut principium ad finem, sicut causa ad effectum, sicut radix ad consequentiam.

Scimus quidem quod multi auctores neglexerunt punctum illum clarificare, quaeestio haec videtur nimis futilis sed, consilio a nobis exponitur quia invenimus quod est radix multarum defectuum- defectuum. "Parvus error in principio est magna in fine? Hoc, etsi quidem deplorabile, ad nostram instructionem est. Sufficit parva ratio inexplicata ad evanescendum ambilendam praecelaram doctrinam. "Bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu".

Sed haec considerationes, quam pulcherrimae, ad nostram disputationem reductive tantum pertinent. Unum enim est necessarium: explicare multipliciter quae viget inter alias perfectiones simplices divinas.

Ad hoc debemus dicere quod distinctio rationis-ratiocinnatae cum fundamento in re intreseco duplex est, vel cum fundamento perfecto, vel cum fundamento imperfecto. Perfectum est fundamentum, si praebet distinguibilitatem secundum potentiam et actum, scilicet si una ratio simpliciter separari potest ab alia, si praescinditur perfecte, alteris autem perfecte remissis et relictis. Sic ex duobus rationibus una non erit de ratione alterius, una nullo modo alteram continet. Si haec altera primae additur, ad modum complementi extrinseci, scilicet ad modum differentiae extrinsecae additur. Propterea dicimus quod se habent tamquam potentia et actus. Hoc intelligitur de potentia et de actu logico, de genere et differentia, de perfectione determinabili et de perfectione determinante. Hae enim rationes distinctae sunt quia se se invicem excludunt. Sicut actus et potentia, quae sunt principia in ordine reali, realiter distinguuntur, ita potentia et actus in ordine intelligibile. Cujus doctrinae ad illustrationem exemplum proponitur animalitas ac rationalitas. Animalitas et rationalitas praebent perfectum fundamentum distinctio-

nis. Animalitas enim non continet rationalitatem, est communis seu potentialis seu determinabilis. Potest fieri brutum vel homo, cum rationalitas distinguit et determinat, et consequenter ejus conceptus diversus est a conceptu animalitatis. Imperfectum est fundamentum ubi rationes non se habent tamquam potentia et actus coram intellectu; idem non perfecte praescindibiles sunt i.e. non tollitur una quin altera aliquomodo veniat. Attamen non exhibetur cum tanta perfectione; hoc advenit quando habetur multiplicitas ex confusione non abstracta abstrahitur una ratio simpliciter sed fit tantum explicita dum caeterae implicitae remanent. quae abstractio vocatur abstractio non-explicationis. Abstracta enim ratio se habet ad sua ^{relicta} ~~inferiora~~ non solum ut potentia sed ut actus scilicet ea omnia actu continet, ad omnia actu determinata est et non est tantum determinabilis sicuti genus per respectum ad differentiationem. Sed talis multitudo simul actu contenta, non fit sine impedimento ac confusione. Non enim omnia satis exhibentur propter nimiam connexionem cum caeteris omnibus. Exemplum celebre est prope quae alioquin videtur. non distinguitur unum sed massa tantum confusa perspicitur, si nolum unitatis actualis. Ita abstrahitur conceptus entis a suis inferioribus quorum multitudinem simul secundum rationem unam scilicet secundum proportionem, continet. Cum distinctio ad nolum actus et potentiae uniuscujusque differentias excludit, distinctio ad modum impliciti et expliciti has differentias actu continet. Ergo non solum tenet medium inter puram praecisionem nominalem intellectus, et perfectam praecisionem realem sicut praecisionem conceptualem in genere, sed etiam medium inter praecisionem conceptualem et praecisionem nominalem. Sicut actus primus medium tenet non solum inter ens actuale et nihilum ut potentia, sed etiam inter ens potentiale et actuale.

Haec de praecisione; sed si accurius investigemus aequa ac quorinus denique, cur in ipsa re habetur haec praescindibilitas imperfecta et quae sunt res hujusmodi tantum praescindibilitatis praeditae. Nobis videtur quod haec erit responsio. Invenitur praescindibilitas imperfecta seu fundamentum imper-

fectum distinctiois rationis-ratiocinatae in omnibus rebus quae analogice tantum cognoscuntur. Nam nihil aliud est distinctio rationis-ratiocinatae cum fundamento imperfecto quam conceptio analogica sicut distinctio cum fundamento perfecto nihil aliud est quam conceptio univoca. Et ideo ubi datur univocatio fundamentalis, ibi distinctio virtualis maior; ubi vero analogia fundamentalis ibi distinctio virtualis minor. Nam, cur distinctio? an sit inventio ludendi causa seu ratio ab ipsa objectivitate imposita? Super objectivitatem fundata est, et affirmatur distinctio virtualis quia ex ipsa experientiae evidentia reperiuntur similitudines. Petrus revera habet respectum cum Paulo, et quidem perfectum absolutumque, ad bruta autem quandam similitudinem sed non tam perfectam, ad arborem, ad lapidem, magis procul. Hae similitudines adhuc non sunt analogae. Atsi ita vocantur ab auctoribus quibusdam, est usurpatio sacrae vocis analogiae. Salvatur altera similitudo quae viget inter duos qui se habent ad unum eundemque tertium sed ratione diversa, uti diximus de sanitate quae invenitur in medicina ac in calore. Est quaedam analogia sed specialissima, si similitudo invenitur non in quantum duo se habent ad unum idemque-ter eundemque terminum ratione diversa, sed in quantum duo se habent ad duos terminos diversos eodem modo: id est sub eadem proportionem. Ita visio intellectualis quae se habet ad objectum intelligibile sicut oculus ad sensibile. Hic respectus non cognosci potest nisi analogice quia revera est similitudo unitate secundum-quid tantum praedita. Ergo conati sumus, evidentia quidem ducente, dupliciter concipere intellectionem scilicet in uno perfecto ac aequato conceptu et sic est ratio simpliciter diversa a quocumque ratione alia, in alio autem conceptu imperfecto et inadaequato i.e. prout reduplicative ut sic convenientiam et similitudinem habet cum sensatione, et hic conceptus est analogus; et jam continet actu implicite rationem sensationis cui assimilatur. Aliis verbis, conceptus imperfectus intellectionis et conceptus imperfectus sensationis unum et idem est conceptus. Conceptus vero perfectus uniuscujusque sunt con-

ceptus diversi. Et iterum dicimus quod scinditur res in duobus conceptibus quia virtualiter in ejus eminentia dupliciter se praebeat intellectui; quia, ut constat, haec praescindibilitas non tam perfecta est quae ex qua videt inter animalitatem et rationalitatem. Potest perfecte concipi animalitas quin rationalitas appareat; sed non potest concipi intellectus reduplicative ut simile sensationi quin appareat aliquomodo i.e. imperfecte seu implicite, ipsa ratio propria intellectus.

Sed ~~324~~ debemus ponere modo has divisiones in nostro casu. quaestio est semper: an uniuscuiusque perfectio divina omni-perfectionem si videlicet, quomodo inter eas distinctionem patemur.

Nobis videtur quod jam difficultas soluta est ex supradictis. Talis est modus separationis unius perfectionis ab altera, qualis viget inter rationes analogatas. Et sic potest salvari uniuscuiusque omni-perfectio quin pereat simplicitas ac infinitas, vel omni-perfectio uniuscuiusque. Modus enim distinctionis a fundamento pendet. atqui hic et nunc habetur fundamentum imperfectum. Et si una perfectio ab alia formaliter distinguibilis est a parte rei, non tamen absolute praescindi potest. quia una non concipi potest quin altera aliquomodo cointelligatur. Quaecumque enim perfectio divina, prout divina, est infinita et omni-perfecta, et non potest concipi ut adhuc perfectibilis, seu in potentia ad suscipiendum perfectionem. Continere debet omnem perfectionem, secus esse non esset divina. Tunc non potest se habere ad alias sicut ad aliquid exclusum et extrinsecum, sed sicut ad aliquid actu inclusum, non tamen explicative ac perfecte. Propterea hoc aliud adhuc clarificari, ostendi, ac explicari potest; videlicet, de eo haberi potest conceptus praeclearior ac distinctior, non autem conceptus genericus. Et hoc est distinctio ad modum impliciti et expliciti proprie dicta seu distinctio a parte rei virtualis minor cujus fundamentum imperfectum est. Ideo perinde ac in analogatis apud Deum datur secundum nostrum modum concipiendi, simul tot conceptus perfecti quot sunt perfectiones, et unus tantum imperfectus conceptus qui est

idem pro omnibus perfectionibus et qui actu omnes illas continet. Aliis verbis, tot explicationes quot perfectiones, una autem non-explicatio quae semper est eadem: quod est multiplicitas quoad perfectam visionem, unitas quoad confusam cognitionem.

Erge patet minor nostra quoad secundam partem scilicet, quod Deus legitime sub multis conceptibus conceptitur a nobis.

TERTIA PARS MINORIS: adhuc explicanda est videlicet, quod inter perfectiones divinas una concipitur tamquam prior ac ratio explicativa caeterarum.

Quaestio est-ne jam tacite resoluta? Certe formalius loqui oportet et praecipue sensum quaestionis explicare.

Quando enim affirmare volumus quod divinae perfectiones sese ad invicem magis vel minus suscipiunt, hoc intelligitur de perfectionibus formaliter sumptis scilicet, non prout secundum rem in Deo existunt. Nam ibi non datur distinctio et ideo repugnat quoque prioritas. Et si possit prioritas attribui, potius attribuitur ut fundamentum prioritatis. Tunc hoc intelligitur secundum nostrum modum concipiendi; sed adhuc cum distinctione. Loquimur enim sensu formali, scilicet sumuntur perfectiones non prout divinae sunt, sed prout talis vel talis perfectio divina. Prout enim divina, patet quod non fieri potest maxima vel minima perfectio: quatenus omnes predicantur de Deo ad modum substantiae et formae necessariae, sed non ad modum accidentis vel formae supervenientis. Perfectio autem quae sumitur prout divina non formaliter sumitur. Nam accipitur sub ratione quadam generali, quae convenit omnibus perfectionibus. Formaliter sumitur cum sub sua ratione speciali, talis perfectionis, apprehenditur. ~~Scamp~~ ~~Exemplum est intellectus~~ Ita intellectus divinus non distinguitur a voluntate divinae prout divina est; nec voluntas est etiam divina; sed prout intellectus est intellectus, et prout voluntas est voluntas.

Unde sic intelligatur propositum nostrum: perfectiones divinae efforma-

Iter sumptae, sunt inaequales et ideo se habent ad invicem secundum prius ac posterius ita ut omnes ab una eademque perfectione primaria pendent, quae autem perfectio recte dicitur essentia Dei metaphysica.

Hoc facile probatur, ex ipsa ratione perfectionis quae supra explicavimus. Perfectio enim divina, apud creaturas reperta est, et suscipitur. Deo autem attribuitur formaliter, scilicet renovetur ab ea tantum imperfectio modi creati quo hic et nunc imbibitur. Unde si quod creaturas una perfectio in sua ratione formali, prioritatem exercet supra alteram, in Deo eadem prioritas reperiri debet. Atqui revera in creaturis, inter perfectiones absolutas hic nexus per prioritatis exercitur. In creaturis enim intellectus ex ratione sua formali antecedit voluntatem, et ontologicè eam fundat, ino perfectiori objecto formali gaudet. Intellectus enim est novae formae possessio, voluntas vero est inclinatio quae hanc novam formam sequitur. Atsi intellectus non dari potest sine voluntate - quia non datur forma sine inclinatione - attamen intellectus antecedit voluntatem sicut saltem ontologicè forma antecedit suam inclinationem.

Et quod dicitur de intellectu et de voluntate dici debet de quacunque ratione quae ex suo formali conceptu, alteram rationem vocat ac principiat. Respectus ille vocatur causalitas metaphysica scilicet causalitas in qua causa solum virtualiter ab effectu distinguitur, causa quae continet realiter non tantum vim produciendi effectus, sed effectum ipsum productum.

Quomodo autem unus conceptus alterum causat? Hoc invenitur ubicumque unus conceptus alterum continet virtualiter. Notetur quod non dicitur potentialiter, sed virtualiter; quas inter voces stat distinctio. Quod continetur virtualiter, continetur sicut minus in majori sed non sicut actus in potentia, ~~saltem-necessario~~. seu determinans in determinabili. Quod est in potentia indiget superaddito ad actualizandum: sicut animal indiget rationalitati et irrationalitati ad essendum homo vel brutum. Caret actuazione ex indigentia. Qued autem est virtuale, se habet ut actus quidam minor repertus in actu major

videlicet caret actuazione propria, quia actualisatus sub modo eminentiori et excedenti. Actus autem ita virtualis dicitur distinctio seu pluralitas haec quae sub eminentia unitatis invenitur. Animalitas ac rationalitas sunt revera et actu in homine a parte rei, sed quia unaquaeque non actualisatur modo suo proprio, sed sub modo eminentiori, sub unitate excedenti, dicuntur distincta seu plura virtualiter. Actus autem excedens bene vocatur causa id est principium positivum penes in esse. Causa autem metaphysica virtualiter continens effectum. Quod igitur ab illa causa efficitur, ad intrinsecum efficitur, ex analysis, ex inspectione scilicet ex processu scientifico. Ita spiritualitas perfecte inspecta immortalitatem exhibet; immutabilitas aeternitatem revelat; infinitas autem simplicitatem parit; etc. Causa metaphysica est aut mediata, aut mediata immediata. Immediata est si, ut patet ex nomine, nulla mediante causa, cum effectui connectitur, si se habet ad eum tanquam causam specialem, si eum attingit sub sua propria ratione. Ita spiritualitas immediate ducit ad immaterialitatem; immutabilitas autem ad aeternitatem. Causa mediata attingit non sub ratione propria sed communi ac generali. Ita deducitur aeternitas ex omnipotentia. Omnipotentia enim continet aeternitatem non quatenus est aeternitas, sed quatenus est aliqua perfectio. Ergo non est causa perfecte explicativa huius effectus prout talis, non est propria causa. Secundum causalitatem mediatam omnis perfectio ceteras perfectiones explicare potest. Nam, sicut supra diximus, perfectiones divinae non sunt perfecte praescindibiles quatenus enim ut divinae concipiuntur aliquomodo omnes alias significant. Sed haec causalitas non fundat scientiam propter quid perfectionum divinarum. (Tale fuit peccatum Gratry et aliorum, qui dixerunt omnem perfectionem posse usurpari tanquam essentia. Responditur eis quod ex omni perfectione proceditur ad ceteras iusto, sed non formaliter) es et scientificae.

Unde non est causalitas constitutiva essentiae, nam essentia metaphysica est ratio propter quid omnium proprietatum. Rationalitas est ratio propter quid visibilitatis, videlicet visibilitatem causat sub propria ratione

risibilitatis. Quid sit enim risus nisi delectatio spiritualis participata a corpore, seu titillatio spiritualis simul ac titillatio in carne, seu lachryma rationalis.

Tunc ponitur ultima questio. Num omnis causa metaphysica sit essentia metaphysica? Negative responderemus. Nam ad habendam essentiam metaphysicam, requiritur amplius. Essentia enim est ratio quae non solum prioritatem habet erga aliam rationem et eam explicat, sed quae ultimam prioritatem habet scilicet ratio ante quam nulla invenitur, ratio qua prius nihil ontologice concipi potest. Se habet ut prima conceptio, primum constitutivum, uniuscujusque rei et omnes rationes quae eidem rei necessario conveniunt transcendit, principiat et actualisat modo eminenti. Uno verbo, ratio explicativa omnium perfectionum quae in aliqua re reperiuntur. Quapropter sola dicitur essentia, etenim concipitur ad modum subjecti; omnes aliae vero ad modum attributi quod in hoc subjecto radicatur, quod huius subjecti manifestat quendam aspectum particularem. Exemplum nobis est in rationalitate, quae est essentia hominis; cuiusque explicat omnes rationes necessarias et habet se ad eas tamquam subjectum ad attributa. Risibilitas enim non est nisi aspectus quidam rationalitatis, et sic de omnibus.

Huiusmodi essentiae in Deo reperiendum est. Una ratio concipi debet tamquam radix non solum unius aliae perfectionis, sed omnium ceterarum quae illam primam perfectionem solummodo modificant ad modum attributorum. Quod facile probatur. Si enim inter perfectiones datur nexus prioritatis ac posterioritatis, necessario etiam perfecti primaria. quod si duae se haberint ut aequales primariae, essent vel eadem perfectio: quatenus perfectiones duplicis lineae causaret; vel duae perfectiones diversae. Si primum, ne quaeris amplius: haec est enim ipsa essentia metaphysica, quae potest modificari multiplici sub genere sicut rationalitas modificatur et per risibilitatem, et per capacitatem doctrinam suscipiendi, ac religionem colendi. Si secundum, essentia non possidetur etiamsi habetur causalitas metaphysica. Adhuc inves-

tigandum est; nam si duae perfectiones diversae de una et eadem re praedicantur, debent habere fundamentum commune ad hanc praedicationem urgendam ac exigendam. Requiritur aliter ratio harum duarum explicativa et radiativa. Ex duobus enim rationibus formaliter diversis et non convertentibus in unum sicut genus ac differentia (vel quasi-genus et quasi-differentia) non fit una res sed plura. Quod est dicere: non fit una essentia sed duo essentiae. Jam vero nulla res duplici essentia panderi potest; esset formalis contradictio. Essentia enim est id quod est quo res est id quod est. Quaecumque res non potest simul esse id quod est et id quod alia res est, sub eadem respectu, ac sensu identico; esset enim contradictio subsistens. Ita duae perfectiones formaliter diversae metaphysicam eandem essentiam constituere non possunt; nam in quantum sic, scilicet secundum rationes suas formales, se habent ad invicem tanquam essentiae diversae. Imo si Deo simul attribuuntur, a principio superiori debent uniri, et hoc supremum principium adhuc quaerendum est sicut subjectum receptivum harum duorum attributorum: quod erit essentia metaphysica.

Uno verbo, si duae perfectiones aequaliter praedicantur de eadem re, vel habent rationem explicativam, vel non. Si non, ergo conveniunt in uno actum eminentiori, alias enim non praedicarentur de eadem re; si utique, haec ratio erit essentia et haec rationes proprietates erunt.

Tunc patet quod secundum nostrum modum concipiendi, exigitur ratio primaria quae principiat omnes rationes in Deo reperiens, ac proinde se habet ad illas sicut essentia ad proprietates.

Ergo recte dicitur essentia Dei metaphysica et caeterae, attributa divinae essentiae. Et sic patet minor nostra quoad ultimam partem. Consequenter etiam patet tota nostra propositio, scilicet:

Deus habet essentiam metaphysicam.

B) Negative

Sic clauditur theses nostras prima pars, quoad ostentionem ejus seu positionem. Oportet nunc veritatem illam defendere contra adversarios omnes.

Sunt enim auctores multi qui essentiam Dei metaphysicam negant, siquidem non directe ac formaliter in his terminis, attamen ex prava generali eorum doctrina de attributis divinis. Doctrina enim de essentia metaphysica Dei totaliter pendet a dea conceptione perfectionum. Si, ut patet, non dantur perfectiones in Deo, necdum et essentia metaphysica. Destruiuntur autem perfectiones divinae dupliciter: primo, si concipiuntur solummodo tanquam nomina diversa quibus nihil respondet a parte rei; secundo, si concipiuntur non tantum ut conceptus diversi sed etiam ut res diversae. Sic enim nondum sunt multae perfectiones ejusdem rei sed multae res absolute diversae.

Prima sententia est sententia nominalistarum ac Rabbi Maimonidi.

Secunda sententia est Scoti et suorum; Gilberti Porretani, quibus ad-
jungi debet systema Suarezii.

Demonstravimus supra quod secundum doctrinam thomisticam seu secundum veritatem, cognitio de Deo quoad inventionem perfectionum, quoad earum distinctionem ac respectum ad invicem, et quoad earum identificationem, totaliter pendet a doctrina analogiae entis cujus praecipuum est realisatio.

Ita in omnibus systematibus adversariorum, tota discrepantia pendet a negatione hujus doctrinae; quae suplantatur vel per aequivocitatem, vel per univocitatem.

Secundum Maimonidum et Nominalistas, ens aequivoce tantum dicitur de Deo i. e. attribuitur ei per denominationem tantum extrinsecam et huic denominationi nihil respondit in rerum natura. Ad salvandam unitatem Divinam,

omnes perfectiones concipiendas sunt tanquam synonyma, seu multae voces eandem notionem significantes. Perfectiones non sunt in Deo formaliter et eodem sensu sicut et in creaturis. Intellectio divina non est vera intellectio h.e. intellectio ut sic, non est apud eum; neque voluntas, nec potentia. Sunt enim ex ratione sua perfectiones limitatae, et consequenter Deo attribuuntur ad modum limitati. Deus est intelligens non formaliter et in se, sed quatenus, causat intellectionem, in creaturis sicut Deus est lapis quatenus causat lapidem.

Haec opinio omnino tollenda est. Reddit enim Deum incognoscibilem et proinde duxit ad agnosticisum; renogat deinde valorem intellectus nostri. Haec prava consequentia faciliter exhibetur. Quod enim aequivoce cognoscitur fallaciase cognoscitur. Ex hoc quod cognosco gallum avem, nullo modo cognitionem hominis habeo. Una enim ratio nullo modo ad alteram dicit; quia nullum respectum habet circa eas. Unde ut quid habetur cognitio intelligentis creati, si nullum respectum habet cum intellectu divino?

Si autem perfectiones sunt synonyma, ad quid transitus ex una ad alteram? nulla scientia nova resultat, nomen tantum acquiritur ad eundem conceptum denominandum. Imo haec multiplicitas inutilis est et absurda si revera nullam diversitatem ponit, si intellectus formaliter dicitur volens, ac voluntas formaliter dicitur intelligens, si nomina ab omni ratione significativa spoliantur.

Tertio, talis doctrina intellectum humanum destruit. Si enim intellectus per se fallax est circa objectum suum primum quod est ens et rationes immediate ab ente derivatae, intellectus nihil est. Cognitio enim non verax non est cognitio, est signorentia, sicut patet exterminis. Quidquid autem contra valorem intellectus nostri ponitur est absurdum i.e. si fieri potest ex ore non fieri potest ex corde et ratione. Attamen haec est doctrina Nominalistarum et eorum omnium qui negant valorem transcendentalem conceptus entis et suarum proprietatum, seu qui recusant eos Deo formaliter attribui. Ergo

repugnat systema Maimonidi ac Nominalistarum. Ad servandam enim unitatem divinam ponunt ipsa principia quae hanc pretiosam unitatem destruunt et eam reddunt absolute impossibilem ac absurdam.

Haec de prima sententia adversariorum nostrorum. Sufficit pro nunc quia in secunda parte theses accuratius investigabitur.

Secunda multo procul invenitur. Non tantum affirmatur distinctio inter perfectiones divinas, sed distinctio realis. Prima sententia erat nimis diminuta, secunda est nimis exaggerata. Attamen revera ab auctoribus tenetur: formaliter et directe a Gilberto Porretano antiquitus; indirecte autem et virtualiter a scoto et suis.

Absurdum est dicere quod perfectiones divinae realiter diverse sunt inter se. Nam compositio realis repugnat praedicari de ente maxime perfecto. In hujus modi composito, partes seorsum sumptae minores sunt composito; et se habent ad eum tamquam perfectivum ad perfectiores. ex pluribus autem imperfectis non efformari potest unum perfectissimum; sicut ex multitudine entium contingentium non efformatur ens necessarium.

Sed utrum opinio illa fuit Gilberti? Forsitan ab auctoribus Gilbertus calumniatur. Propterea de eo non amplius dicere decet. Est in nostro tempore circa hujus opinionem diversa interpretatio. Nam censuit Gilbertus pro distinctione reali absoluta? nonne vero pro distinctione quidam quasi-reali sicut distinctio actualis-formalis-ex-natura-rei a Scoto praeposita? Secunda interpretatio datur a Vasques, Petavio. Sed diligenter negatur a Scotistis. Nam Gilbertus damnatus est a Sancta Ecclesia; et si opinio Gilberti est eadem ac opinio Scoti, etiam Scotus damnaretur in hac materia. Si autem in hac materia, consequenter in principia parte suae doctrinae. Nobis autem videtur quod Scotus aperte non locutus est sicut et Gilbertus. Attamen secundum principia Scholae Thomisticae eandem sententiam habuit. Gilbertus iter duxit usque ad finem, Scotus autem erat in medio vias et terminum non attingit. Propterea simul confutabuntur hic per confutationem distinctionis hujus reali²

Frustra enim quaeritur medium inter distinctionem conceptualem ac realem. Frustra etiam declarantur gradus in hac distinctione mediata. Sed quid dixit Scotus? Quod in Deo habetur multiplicitas perfectionum, Hae autem perfectiones distinguantur distinctione actuali-formali-ex-natura-rei. Distinctio haec dicitur "actualis": invenitur aliquo modo ante considerationem intellectus. Dicitur "formalis" quia non est inter res quae propria existentia gaudent, sed inter formalitates seu modos ejusdem rei. Dicitur deinde "ex natura rei" quia resultat ex eo quod unum non est de conceptu alterius. Hanc distinctionem negat Scotus esse realem; quia non est inter res, etsi invenitur a parte rei ante considerationem mentis. Non est autem distinctio rationis; quia ante considerationem iterum rationis existit. Ergo est medium inter distinctionem realem ac rationis; locum tenet nostrae distinctionis rationis-ratiocinatae quae a Scoto rejicitur.

Jam declaravimus praecipuam rationem a qua pendet hic particularis, modus opinandi. Distinctio aequi actualis formalis ex natura rei originetur a doctrina de univocitate entis. Talis distinctio viget a parte divinitatis, quia ens quod de Deo praedicatur est univocum creaturae. Per hoc indicatur nobis processus. Frustra enim impugnatur sententia Scoti quod distinctionem si antea non destruitur radix hujus distinctionis quae est univocitas.

Univocitatem autem proclamat Scotus propter tria praecipua argumenta. Ens est univocum: primo, quia certi sumus quod ens est, et adhuc dubitari potest de distinctione inter Deum et creaturam; ergo conceptum quemdam certum habemus de ente sed non de Deo et de creatis; et hoc non fieri potest quin conceptus entis perfecte abstraheretur a Deo et a creatis. Talis autem conceptus est conceptus univocus.

Secunda causa ad univocitatem declarandam, est quod omnes demonstrationes quae aedificantur ad probandum vel existentiam vel attributa Dei probare non possunt si medius terminus duplici suppositione gaudet: et hoc habetur si perfectio creata ac perfectio divina non sunt univoce eadem.

Tertio, si ens non univoco dicitur de Deo et de creaturis, Deus redditur inconoscibilis conceptu simplici a rebus sensibilibus abstracto et Maimonidus confutari nequit.

Sed nobis videtur quod his argumentis positis, adhuc thesis nostra precedens sustineri potest. Ex hoc enim quod cognoscitur ens ^{fiat} quin apparitio creati vel increati, non concluditur quod ens univoco dicitur de Deo ac creatis seu quod habetur abstractio rationis univocae. Nam ratio analogica etiam abstractione gaudet quas huic difficultati sufficit. Conceptus entis non separatur a differentiis, easque actu continet ad modum impliciti tantum sed non ad modum expliciti. Ergo recte concipitur ens quin explicito conciperetur Deus vel creatura.

Secunda argumentatio non equis destruit nostrum systema. Nam, etsi medium demonstrationis duplicem suppositionem diversam habere non potest, non necessario unitate simplicitatis gaudet. Nobis videtur quod unitas secundum quid sufficit si in majori et in minori sub eadem extensione sumitur. Principium enim syllogismi: "quae sunt eadem uni tertio sunt quoque eadem inter se" non corrumpitur ex additione: "quae sunt eadem secundum quid uni tertio sunt quoque eadem secundum quid inter se" sed evolutio haec est homogenea. Medium analogum fundat scientiam.

Tertia denique causa peccat ex timore. Nam stat medium inter cognitio univoca et ignorantia: et hoc medium est cognitio analogica, qua non cognoscitur res, sed proportio rei. Sola hujus modi cognitione Deus cognosci potest mediantibus creaturis. Ergo rejicitur Maimonidi sententia quin requiretur evasio Scoti. Hujus enim doctrinae inutilitas ex hoc manifestatur quod nullo modo necessitatur. Sed hoc apparebit specialiter in sequentibus nostris. Ex univocitate enim entis ad distinctionem actualem formalem ex natura rei inter perfectiones divinas, sic transit Scotus.

Si perfectiones divinae se habent in Deo sicut et in creatis, id est si formaliter et univoco idem sunt in eo, etiam distinguuntur sicut et in crea

tis. Jamvero secundum Scotum, gradus metaphysici formaliter actualiter ex natura rei distinguuntur; ergo distinctio ad Deum ascendit.

Sed transitus ille non minus periculose est. Nobis enim videtur quod absolute impossibile est de Deo affirmari, et impossibilitas haec a duplici causa pendet. Primo, quia ne quidem in creaturis invenitur hujusmodi distinctio. Non salvatur quin pereat ut transeat in eam quae vocatur realis distinctio. Secundo, quia a fortiori Deo attribui repugnat.

Primum propositum faciliter demonstratur: scilicet distinctio actualis et formalis ex natura rei inutilis est atque fictiva. Ad quid vana subtilitas haec? Tria sunt praecipua argumenta Scoti. Necessaria est haec

distinctio ad explicandum quomodo una ac eadem re simul affirmantur contraria, quomodo de una ac eadem re diversos conceptus efformari possint; et tandem, quomodo de una ac eadem re possit definiri per definitiones diversas.

Sed ad haec explicandum nullo modo requiritur inventio Scoti. Distinctio rationis-ratiocinatae cum fundamento in re, perfecte explicat et perfecte sufficit. Ex hoc enim quod res una ac eadem sumitur diversiter ab intellectu, ab ea affirmari possunt contraria. Ita punctum, quatenus sumitur ut principium lineae, quatenus autem accipitur ut terminus ejusdem lineae, se habet diversiter. Punctum ut principium non est punctum ut terminus; inter ea enim habetur contradictio. Ipse Aristoteles dixit: "de illo quod est idem secundum rem sed ratione differens, nihil prohibet praedicari contradictoria". Similiter per hoc explicatur diversitas conceptuum in eadem re concepta, et diversitas conceptuum est fundamentum sufficiens ad habendam diversitatem definitionis. Ergo non necesse est formalitates secundum rem distinguere formaliter ante considerationem intellectus. Diversitas enim de qua hic agitur praerequiritur tantum ad processum scientificum justificandum. Jamvero processus mentis non necessario evoluitur sicut et realis. Cognitio nova non est necessario cognitio novae rei sed cognitio perfectissima seu magis extensa quaedam rei ejusdem jam cognitae. Non fit per additionem unius

rei ad aliam rem, sed unius conceptus ad alium conceptum. Ergo requiritur tantum distinctio conceptualis minime vero distinctio realis. Ad habendam distinctionem autem rationis, nullo modo requiritur actualis distinctio a parte rei sed fundamentum tantum distinctionis seu distinguibilitatis, ut longe diximus supra. Ergo distinctio Scoti est quaedam corruptio processus intellectivi. Confundit enim unitatem secundum rem et unitatem secundum intellectum: quod est negatio via abstractivae intellectus nostri, atque processus abstractivi qui est principium omnis operationis intellectivae. β

Sed in hac materia i. e. in quantum Deo attribuitur, distinctio scotica est adhuc magis peccaminosa. Hoc intentionibus probatur tripliciter: primo, quia destruit unitatem divinam et per consequens est negatio divinitatis; secundo, quia ducit ad pantheismum; tertio, quia tollit omnem diversitatem inter ordinem naturalem ac supernaturalem.

Ad primum, videmus quod haec distinctio invenitur apud Scotum eodem omnino sensu inter animam et ejus potentias, et inter ipsas potentias quiae sese ad invicem sumptas. Atqui repugnat talis distinctio reperiri apud Deum. Compositio enim quae resultat ex anima et proprietatibus ejus, magnam imperfectionem includit. Anima indiget facultatibus a se distinctis quia non est sua operatio, quia est in potentia tantum ad operandum. Talis autem status non concipi potest apud divinitatem. Divina essentia in potentia ad operandum non est divina essentia. Facultates animae sunt accidentia superaddita et per consequens realiter ab ea distinctae. Unde imperfectio venit non solum ex parte animae sed ex parte ipsius facultatis. Quae autem imperfectio haec pendet omnimode a potentialitate creaturae, non formaliter Deo attribuitur qui Deus concipere'ur tanquam ens quoddam creatum.

Sed tentaverunt Scotistae evasionem quandam, et dixerunt quod eorum opinione posita, divina simplicitas non destruitur, quia distinctio haec non dicit compositionem. Divina enim attributa non tantummodo uniuntur cum essentia divina, sed etiam cum ea identificantur. Non se habent unum ad alterum

sicut actus ad potentiam: quod in compositione invenitur. Ergo distinctio Scotica non opponitur simplicitati divinae sicut compositio, sed opponitur tantum unitati divinae.

Sed haec responsio ludit verbis. Quomodo etenim attributa identificantur cum essentia quin uniantur? Nam pro nobis non videtur medium, ut attributa divina identificentur inter se et cum essentia realiter ac formaliter aut non. Si affirmative respondetur, ergo non distincta sunt distinctione actuali (reali) formalis. Nam distinctio ac identificatio sub uno eodem respectu sese contrahunt. Si autem negative responditur, ergo non identificantur et igitur uniantur in compositione reali. Nihil prodest dicere quod compositio ex natura sua exigit partem se habere ad partem sicut potentia ad actum. Compositio enim significat unionem duarum rerum distinctarum, quacumque distinctione separata. Imo quomodo Scotus negare potest quod attributa divina, etsi realiter distincta ab essentia, non se habent ad illam tanquam actus ad potentiam? Nam si essentia divina realiter distinguitur a proprietatibus realiter, earum subjectum est, atqui subjectum reale est in potentia ad operandum. Ergo necesse est ponere potentiam in Deo. Ergo distinctio Scoti non attribuitur Deo quin destruat unitas divina.

Sed adhuc rejicienda est, ex hoc quod attributio illa fundatur in univocitate entis et hoc ducit ad pantheismum. Nihil prodest restrictio Scoti, cum declarat quod ens, etsi est univocus Deo ac creaturis, non est tamen genus. Haec est enim contradictio formalis. Quia ratione univocitatis est quod contractatur ad inferiora per differentias extrinsecas et supervenientes. Univoca ratio est ea quae absolute eadem est in omnibus inferioribus. Repugnat autem rationem unam ex se diversam fieri ac multiplicari. Ergo ex alio superaddito diversificatur ac multiplicatur in inferioribus. Ita humanitas quae absolute una et eadem est in omnibus hominibus, diversificatur per diversitatem materiae subjectivae, individualisatur per hoc quod recipitur in hac vel illa materia separata. Quomodo autem custodiri potest quod extra ens

nihil invenitur, et quod tamen ens non per se diversificatur sed per aliud extraneum? Haec est formalis contradictio ac absurditas? quae sunt autem hae differentiae Scotistas quae vocantur tam frequenter "differentiae ultimae". Est-ne sua "haecceitas"? Sed parum refert. Nam certè sumus quod "differentiae ultimae" illae sunt entia vel nihilum; et consequenter vel continentur sub ratione entis, vel nihil sunt.

Nos quo notialis tempore, sunt nonnulli scotistae Scoti, tenentes quod doctrina subtilis Doctoris minime contradicit doctrinam de analogia. Deo gratias! Sed nobis videtur quod obliterandae sunt expressiones multae. Tam diu quoad diu ens concipitur tanquam ratio non essentialiter diversa, erit ambiguitas ac aegritudo, erit opinio pantheistica. Si enim ex sua ratione ens non continet essentialiter diversitatem, si non praedicatur de Deo et creaturis sensu omnino diverso, non faciet distinctio essentialis inter ens divinum ac ens creatum. Haec est vetus error Parmenidi. Ens est unum, atqui extra ens nihil est ergo non potest multiplicari. Mundus qui sic apparet nobis nihil est. Unum tantum existit, sine initio, sine fine, sine mutatione: quod est ens vel Deus. Conclusio est recta et talibus praemissis positis, aliter alia conclusio inferri nequit. Si autem non negatur evidentia mundi, ex virtute ejusdem principii necessario ad alterum polum ducimur: quod est versatio in alterum errorem, scilicet: unum est tantum et hoc est fieri. Ambo concludunt quod Deus miscetur cum enti creato: vel per hoc quod Deus est ens creatum, vel per hoc quod ens creatum est Deus.

Talis enim conceptio entis, tales conclusionem parit. Patet autem origo confusionis illius. Ens attribuitur rebus sicuti est in abstracto. Jamvero coram intellectu unita tantum rationem simpliciter continet, ergo. Talis consequentia non evitatur sine affirmatione analogiae conceptus entis. Sic enim unitas entis non est tam categorica; et termini hujus propositionis: "Ens est unum" non suscipitur eodem sensu. Nondum aequivalet: "unum ens existit" sed: "omne ens est unum". Conceptus enim entis explicat unum sed implicat

multa. Confusio etiam pendet ex hoc quod ens sensetur sumitur unum et idem, quatenus significat oppositionem ad nihilum. Hoc non recte dicitur si ens dicit oppositionem nihilo, necessario dicit etiam talis ac talis oppositio. Nam quantitas non opponitur nihilo eodem modo ac qualitas, etc. Sed antequam ens opponatur nihilo, est ens: affirmatio enim semper antecedit negationem. Est denique alterum caput confusionis.

Hoc nomen: "est" dupliciter sumitur: ut actus logicus et actus entitativus seu realis. Si sumitur ut actus logicus, significat identificationem semper ejusdem modi et se habet univoco ad omnia. Quando scilicet dico: homo "est" intelligens, homo "est" mortalis, hoc verbum "est" eodem sensu sumitur, et dicit semper: homo est "idipsum quod" seu "eandem res ac" seu "identificatur cum". Sed si "est" significat actum entitativum existentiae exercitium, non remanet univocum. In rerum natura intellectus non est ~~sepi~~ mortalitas et propterea intellectus non "est" sicuti mortalitas vel lapis vel tabula "est".

Sed datur tertia difficultas non parva, quae parit opinio Scoti: scilicet confusio ordinis naturalis ac supernaturalis. Si enim ens divinum est univocum enti creati, ergo ab intellectu creato naturaliter cognosci potest ac cognosci debet. Ut quid vero ordo supernaturalis, nisi ad elevandam creaturae vim intellectivam ut possit videre Deum prout in se est, et cognoscere eum sicut et ipse se cognoscit. Secundum autem principia scotica, ordo hujus elevationis nihil prodest. Jam capacitas haec investitur in natura, et necessario a Deo dispensari debet, quia quidquid naturaliter desideratur seu quidquid ex necessitate naturae est, non frustra clamat: necessario debetur; nec haberetur creatio vitiosa. Talis est terribilis via scotione. Est quae illustratio hujus sententiae divi Thomae: "Parvus error in principio aliquando magna est in fine".

His dictis de Doctore Subtili § ad Suarezianum Suarezium transimus. Suarez generaliter tenet medium inter scholam thomisticam et scoticam. ~~namque~~ speciali autem materia, aliquando ad univocitatem Scoti reducitur per

viam diversam. Sicut Scotus posuit Deum juxta creaturas, ita Suarez posuit creaturas juxta Deum. Secundum Scotum Deus compositione reali praeditus est ad modum creati; secundum Suarezium creatura unitate praedita est ad modum increati. Ideo pro nobis idem est dicere: ens est univocum, ac dicere: in creaturis sicut et in Deo essentia identificatur cum existentia. Attamen ex ipso ore Suarezii negatur univocitas, proclamatur autem analogia. Quomodo? Univocitas negatur quia ens divinum et ens creatum essentialiter diversa sunt. Attamen quid sit diversitas? quid sit analogia? Conceptus entis non continet actu differentias suas, rejicitur analogia proportionalitatis et remanet tantum analogia attributionis quae taliter explicatur. Creaturas essentialiter differunt ex hoc quod ens creatum dicit relationem dependentiae erga ens increatum. Sed haec relatio vel est inevitabilis in actu creati, vel non. Si inevitabilis in essentia ergo essentialiter differt ad increatum et tunc non univoce se habet ad illud. Si non inevitabilis, ejus essentiae superadditur, recipiturque in ea, ergo ex compositionem efficit receptaculi ac recepti, includentis et inclusi, participantis et participantis. Haec autem compositio identificationem destruit. Ergo non videtur positio Suarezii sustineri posse; quia inter positionem thomisticam ac scoticam non invenitur positio ulla. Inter univocitatem ac analogiam nullus datur modius. Suarezii autem systema, etsi analogiae colorem habuit, ad univocitatem reducitur et indirecte ad idem periculum ducit.

Hunc igitur apparet doctrina thomistica, semota ab omnibus adversariis, solaque capax dum illi ad proprias notiones Dei. Ipsa tamen aliquando ab ipsis thomisticis auctoribus corrupta fuit. Nonnulli, ab argumentis adversariorum nimis exterriti, aliquando habuissent et noluerunt integram eorum doctrinam profiteri. Sed hoc non fieri potest. Si enim tollitur una particula hujus doctrinae, tota doctrina destruitur. Ad hanc autem integritatem necesse omnino est quas perfectiones divinas duas proponere, scilicet: quod perfectiones divinas in Deo sunt formaliter ordinataeque. Formaliter; per hoc

destruitur agnosticisssimum Maimonidi atque futile contentia Nominalistarum. Formaliter: scilicet non tantum virtualiter ac causaliter. Deus est formaliter intelligens, non autem formaliter est lapis, sed virtualiter et causaliter tantum. Sunt autem eminenter: hoc opponitur Scoto ac suis, Gilberto ac indistincte Suarezio. Scotus affirmat existentiam formalem tantum et errorem parit. Si enim neglectitur aliud specificativum scilicet eminentia, concepitur Deus ad modum creati. Per hoc autem quod "eminenter" additur, affirmatur abyssus quae vincit inter ens creatum et ens increatum, salvatur unitas divina. Formaliter enim convenit creaturis, eminenter autem non convenit. Eminenter convenit omnibus perfectionibus etiam mixtis, formaliter autem convenit tantum perfectionibus simplicibus. Si solum sumitur "eminenter" habetur aequivocatio inter creatum et increatum, si solum vero "formaliter" habetur univocitas. Si utraque, sola remanet analogia. Prima solutio est a "nominalismo", secunda a "realismo-exagerato", tertia a "realismo-moderato". Si prima ac secunda esset admissibilis, ipso facto destrueretur nexus sufficiens ad habendam essentiam essentiae Dei metaphysicam.

Tertia tantum hanc affirmatio^{non} possibilis. Sic enim legitime Deus videtur sub multis rationibus formaliter diversis, salvata unitate divina; diver-
sitas autem requiritur ad habendam prioritatem, et prioritas ad essentiam metaphysicam possidendam.

Ergo, non obstat nobis asserere, thesibus nostris remanet; imo fulget veritate quoad primam partem, scilicet: cum certitudine absoluta tenetur quod:

"DEUS HABET ESSENTIAM METAPHYSICAM".

!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!-!

SECUNDA PARS

A) Positive

Prima parte expedita, secunda statim urget nos. Ad quid enim praevia quaestio, nisi praesamula tantum, ad quaestionem profundissimam dilucidandam. Certe nunc tenemus quod Deus habet essentiam metaphysicam; sed propositio haec incompleta videtur: Non enim intellectum nostrum perfecte quiescit, imo excitat et tentat ad maiora reperienda. Intellectus enim naturaliter fertur ad quidditatem rei prout facultas entis. Illa autem quidditas est ens si adhuc tabularis est et omnino in potentia; si vero jam actuatur, tenet secundum actuationem, scilicet; inventa existentia aliquus rei, immediate fit inclinatio circa ejusdem rei quidditatem. In precedenti autem status ille invenitur, reperta existentia essentiae divinae, torquetur mens secundum lineam hujus cognitionis et non erit requies quin quidditas illius essentiae reperta esset. Jam in secunda parte nostri tractatus multae sententiae nobis propositae sunt. In prima autem parte hujus tertiae partis principia statuimus ad hanc veritatem reperendam sine detrimento pro caeteris veritatibus quae a mente nostra fortiter tenentur propter immediatam connexionem cum ipsis primis principiis quae sunt fundamentum scientiae, regulae totius ordinis logici sicut et ordinis metaphysici. Itaque nunc dijudicare possumus sine ulla formidine errandi; ostendit quod omnia principia nostrae quaestionis: valorem intellectus nostri et ejus cognitionem entis increati, non amplius dubitatur. Ergo sub lumine horum principiorum intendimus penetrare quaestionem sicut enim nostra cognitio existentiae essentiae metaphysicae Dei petit cognitionem ejus essentiae, ita cognitio existentiae essentiae metaphysicae sub sana lumine ac robore primorum principiorum petit rectam ac certam cognitionem quidditatis hujus essentiae.

His autem dictis, constat quod in hac ultima parte continetur lapis angularis totius thesae nostrae. Quidquid enim supra exposuimus non est nisi propositio hujus ultimi puncti et totum eum momentum ab eo recipit sicut medium ratione finis momento gaudet. Propterea merito ei assignatur locum magis e tenum uti supra diximus et infra intendimus probare.

Etiam tamen hujus partis evolutio extensa est, summa in paucis verbis continetur, et in parva propositione totaliter residet: quae sic enuntiatur: **ESSENTIA DEI METAPHYSICA IN EO CONSISTIT QUOD DEUS EST IPSUM ESSE SUBSISTENS.**

Ad cujus probationem, argumentum nostrum erit:

MAJOR: Essentia Dei metaphysica constituitur per rationem hanc quae, secundum nostrum modum concipiendi, concipitur ut maxima divinae excellentiae manifestativa, ut radix omnium divinarum perfectionum explicativa, ut prima ab omnibus caeteris entibus distinctiva.

MINOR: Atqui ratio quae melius exhibetur perfectio divina, ratio ex qua omnes divinae perfectiones dimanant tanquam attributa, ratio quae ultimo distinguitur Deus ab ente creato quocumque est Esse Subsistens.

CONCLUSIO: Ergo essentia Dei metaphysica consistit in eo quod Deus est ipsum esse subsistens.

AD MAJOREM: Major nostra patet ex omnibus supra dictis: praecipue ex prima parte primae partis thesae ubi notio essentiae metaphysicae abundanter dilucidatur. Ideo sufficit tantum exhibere modo perfectum concordiam hujus ipsius definitionis essentiae metaphysicae divinae cum definitione essentiae metaphysicae ingenere. Constat nostram propositionem tribus membris complecti. Cujus ratio est quia in ipsis omnibus solis continetur quidquid quaerendum est de essentia sicut et de omnibus cognoscendis. Non requiritur magis, non requiritur minus; nihil relinquitur, nihil frustra exhibetur. Essentia enim tribus sub capitulis tantum apparet scilicet: vel consideratur in eo, seu, quoad rationem comprehensivam qua efficitur, vel consideratur relative ad suos effectus cum quibus realiter identificatur,

sed, quoad respectum positivum, vel consideratur relative ad sua diversa, seu quoad respectum negativum. Ex parte primae considerationis vocatur ratio constitutiva. Ad habendum enim ens quodcumque requiritur aliquid positivum quod se habet ad modum quidditatis, et subjecti, quod omnes respectus antecedit et principiat sicut eorum fundamentum. Respectus enim repugnat sine priori fundamento positivo: respectus quidem negativus, ut patet; respectus autem positivus, quia in negatione ulla non fundamentum habere potest. Quod autem ontologice requiritur logice etiam requiri debet: intellectus enim nunquam contradicit ordinem realem quia ab ipso compenetratur et illuminatur, et pro inclinatione nihil aliud habet quam conformationem ad eum. Quapropter conceptus nostri ante omnem attributionem virtute quodam comprehensiva gaudent ipsi autem relativi ac negativi non apparent quin appareat in oblique ratio positiva ex qua explicantur. Sed, inventa ratione comprehensiva, mens non quiescit. Hoc fieri potest tantum in intellectione perfectiori et omnino intuitiva sed secundum nostrum modum intelligendi repugnat. Cognitio enim nostra abstractiva est; ergo non perfecte penetratur quaecumque essentia si non comparatur cum caeteris. In virtute hujus inclinationis naturalis post apprehensionem positivam statim apprehensio negativa sequitur. Conceptum entis sequitur conceptus non-entis. Actus enim comparativus actum abstractivum sequitur. Ille venit ad componendum quod hic separavit. Ideo, perfecta cognitio haec duo requirit: scilicet, positiva conceptio reiectio negatio, seu elongatio omnium caeterarum. Sed quid diximus? Essentia ulla non perfecte cognoscitur antequam elongaretur ab omnibus aliis essentiis? Num tam diu quam diu omnes caeterae essentiae seorsim cognitae sint perfecta cognitio non inveniretur? Non! elongatio essentiarum faciliter ac methodice fit. Non reijciuntur seorsum sed simul in una quae est proxima nostrae essentiae et ultra quam omnes caeterae non admittentur. Ita ad separandam essentiam hominis, negatio irrationalitatis sufficit; quia, praeter irrationalitatem, nota non invenitur magis prope rationalitati. Hic autem respectus negativus quo delimitatur essentia ac elongatur a cae-

teris habetur in nostra propositione sub titulo illo: "essentia metaphysica est prima ratio distinctiva". Respectus ille enim perficit cognitionem essentiae, nam si essentia non perfecte distinguit non est essentia. Sed, inventa ratione comprehensiva et ratio distinctiva, adhuc requiritur, ad habendam integram, perfectam ac totalem notitiam essentiae alicujus rei. Ad quid enim essentia nisi ad explicandum omne quod in re invenitur. Unde essentia revera est essentia, si perfecte explicat et dat rationem omnibus istis. Tam diu quam diu non inventa est ratio quae in obitu sui extensionis continet omnes rationes necessarias seu proprietates alicujus rei non habetur essentia sed proprietas. Ergo non perfecte tenetur essentia quin certe teneatur quod se habet ad omnes proprietates tamquam ratio explicativa, tamquam fons ad flumen, seu caput ad membra. Essentialiter enim est eorum causa metaphysica et non cognoscitur perfecte causa si cognoscitur tantum ut res et non proprie sub conceptu ipso causae. Ergo, ad completam notionem essentiae metaphysicae pertinet respectus ad proprietates, respectus quidam positivus qui est nexus causali atis metaphysicae. Et id declarare intendimus in secundo membro nostrae propositionis, dicens: "Essentia Dei metaphysica est ratio explicativa omnium perfectionum divinarum". Praeter autem illas rationes nihil inveniri possit. Unde, patet quod si exhibitur essentia divina secundum haec tria, perfecte exhibitur. Sed, quomodo processus ille fieri potest quin fiat repetitio argumenti ac circulus vitiosus? Pausis verbis hoc explicari potest. Reperitur prima ratio, seu ratio constitutiva per viam quandam ascendentem. Quaerenda est enim ratio altissima qua nobilior nulla inveniri potest. Secunda vero, seu ratio explicativa, reperitur per viam descendantem: ab essentia enim fluunt seu descendunt proprietates. Tertia autem, seu ratio distinctiva, per viam regredientem: essentia enim taliter sumpta caeteris apponitur et ab omnibus discrepat. Unde incipimus cursum maximam cujus primum stadium est ascensivum et ex rationibus a posteriori repertis; secundum vero descensivum, ex rationibus a

Non habetur processus vitiosus scilicet ex proprietatibus ad essentiam et ex essentia ad proprietates, sed ex effectibus analogicis ad causam et ex causa ad effectus proprios. Non iter explicatur una ratio, sed triplex aspectus ejusdem rei sub triplici diverso processu exponitur. Primus igitur scientiam quia; secundus scientiam propter quid; tertius utramque complectit. Quare tenendum est quod definitio haec essentiae metaphysicae est perfecta, et consequenter major nostra evidentia fulget.

MINOR autem per partes ostendere intendimus.

Prime: Ipsum Esse Subsistens est ratio constitutiva Dei, seu ratio qua melius exhibitur eminentia perfectionis divinae.

Jam saepe diximus, multis quidem cum demonstrationibus, quod cognitio nostra, a quidditate creata incepta, eo altius elevari potest quo altius creaturis manuduci possumus. Nobis igitur erit ratio altissima ac perfectissima quae ultima erit in inventione, ea qua altior non inveneri ulla. Ideo, inventio rationis perfectissima est inventio puncti ultimi, est visio termini investigationis nostrae ascensionis in divinitatem. Terminus autem ille erit ultimus gradus viae ascensivae. Jamvero quae est illa via ascensiva nisi via causalitatis? Ad quem modum investigationis omnis investigatio reducitur nisi ad modum investigationis secundum principium causalitatis. Quae transitio praeter transitum ex effectu ad causam? Quid iter praeter iter efficientiae ac dependentiae? Quid enim aliud circa divinitatem reperitur in creato nisi ratio causae. Sicut maxime saepe attribuitur quod "Deus a nobis cognoscitur in quantum res creatae cognoscuntur ut ejus effectus. Nihil mirum; quoniam Deus formaliter non est in creato nec materialiter: scilicet non inveniri potest ut principium intrinsecum entis creati, vel ut forma, vel ut materia. Nam si esset de ratione essentiae entis creati, quomodo ipsum ens creatum efficiat. Non solum talis Deus repugnat ex se sed etiam exsequelis quia ipsum ens creatum repugnet si non causaretur et, si ei assignaretur hujusmodi causa, non causaretur sed seipsum efficeret, existeret ante suam existentiam: simul existeret et non: quod esset absur-

dum. Ergo Deus attingitur via efficientiae, scilicet affirmari debet ejus existentia quia ens creatum ex ratione sua petit causam efficientem, si autem efficientem, etiam finalizantem, sed hoc nihil contradicit. Atqui si res ita se habet, si ex una parte Deus cognoscitur in quantum creaturis revelatur, si ex altera parte, omnis revelatio creaturae fit in linea causalitatis, erit una conclusio: terminus ultimus perquisitionis perfectionis divinae erit terminus viae causalitatis. Ad quid ergo terminatur via causalitatis nisi ad unam et eandem rationem quae est identificatio essentiae et existentiae, seu esse in tota sua amplitudine sumptum, esse irreceptum, esse subsistens.

Iterum propositio haec a nobis probabitur per partes. Tot erunt partes quot sunt cursus seu viae causalitatis: quinque. Etenim Deus apparet nobis ut Primus Motor Immabilis, ut Prima Causa efficiens Incausata, ut Primum Necessarium quod a nullo recepit rationem suae necessitatis, ut Maximum Ens, et tandem ut Primum Intelligens gubernans omnia etiam entia cognitione non praedita. Nam quinque illae viae ad unam et eandem rationem ultimo convertuntur quae est esse subsistens. Praeter vias illas non invenitur ulla; omnes enim caeterae ad illas quinque reducuntur et in eis continuantur. Sed quomodo istud fieri potest? Responsio non est difficilis. Si Deus cognoscitur tantum mediante creatura et per viam causalitatis tot erunt viae quot creatura causas et possidet. Jam vero causae sunt quatuor. Ergo nullum datur medium ad Deum cognoscendum praeter vias quatuor causarum. Quia autem efficiens sumi potest duplici sub aspectu, fundat iterum duas vias. Efficientia enim est transitus de potentia ad actum quod dupliciter sumitur: vel in ipso fieri seu motus, vel in facto esse; ergo dantur quinque supra enumeratae.

Prima via ad Deum attingendum ex ratione motus sumitur. Certum est quod datur motus in mundo: haec est veritas experientiae. Quicumque sit motus ille, parum refert. Factum motus nobis sufficit. Haec autem facto analizzato ad quid ducimur? Quomodo explicatur motus, quomodo expli-

justificatur coram intellectu? Quid sit motus? Transitus de hoc loco ad illius; corruptio hujus formae et generatio illius; successio unius rationis ad alteram rationem; uno verbo, transitus de potentia ad actum. Jamvero, quod relinquitur non est quod recipitur: terminus ad quem diversus est a termino a quo; quomodo igitur eum sequitur et aliquomodo ei unitur. Quomodo explicari potest via de unio duorum diversorum; unio termini cum ratione quae eum non possidet: unio entis cum non-ente? Frustra quaeritur ratio, vane investigatur causa in ipsa ratione motus. Motus enim ex sua ratione intrinseca inconditionatus est et non explicatur. Ideo rationem explicativam extrinsecam requirit. Unio termini cum subjecto pendet ab exteriori agente; secus motus non fieri potest: est absurditas. Quidquid igitur movetur ab alio movetur. Sed quomodo agens motionem dispensat. "Nemo dat quod non habet". Si res ab alio movetur oportet quod movens in seipso possidet actuationem quam dispensat. Et ideo motus non tantum petit rationem extrinsecam sed rationem vi motrici praeditam. Omne quod movet haec facit secundum quod est actu. Motor autem ille iterum ab alio movetur vel ex seipso motionem dispensat. Si eum recipit ab alio non explicat rationem motus, et haec quaerenda est tam diu quam diu non invenies, primum motorem qui a seipso et ex sua natura est principium motus. Nam, sicut repugnat transitus de potentia ad actum sine motore extrinseco, ita repugnat motorem mobilem seu motorem motum sine primo motore immobile qui motionem non recipit. Quod enim movet, secundum influxum receptum non ultimo motum explicat. Requiritur motor qui influxum dat quin ab alio recipiat. Quam longa sit series motorum secundariorum, parum refert. Sed si non datur primus, non dantur secundaria; et consequenter non datur motus. Longitudo fluminis nihil facit sed non datur flumen si fons non habetur. Primus autem motor ille non est immobilis per hoc quod est in potentia ad motum sed per hoc quod omnimodo est actus. Si omnia actualisat, habet plenitudinem actuationis, non indiget fieri quia jam est in tota perfectione esse et nihil addi potest ad eum actualizandum.

Unde si mens penetret rationem motus ad hanc conclusionem ducitur: existit primus motor. Ideo Deus concipitur per hanc viam conceptu primi motoris immobilis. Sic revelatur per causam efficientem entis creati partialiter sumptam, scilicet, in fieri. Primum igitur praedicatum quo Deus attingitur est "Primus motor immobilis".

Secunda via, seu secundus transitus de creaturis ad divinitatem fit etiam in linea efficientis. Non sumitur autem ex ratione fieri seu motus, sed ex ratione factum esse. Inveniuntur in mundo res quae redduntur in esse, quae apparent et postea conservantur. Sicut causam productivam ita causam conservativam habent. Nonne aer quod nos circumcedit, sol qui nos illuminat et calefaciat nos conservant in esse? Nonne si una vel altera nobis deesset desinebimus esse? Ergo invenitur in sensibilibus res quorum esse non explicare potest quin datur causa extrinseca et etiam causae multae; invenimus ordinem causarum efficientium. Sed illae causae non possint seipsam causare - nihil est ipsi sibi causa. Causalitas enim supponit anterioritas causae super effectum. Non potest una ac eadem res sub eodem respectu simul esse et non esse. Non-esse rei non potest reddere rationem apparentiam in esse; ergo adhuc causa major queritur. Ad quid ducimur? Non possum requiem invenire tam diu quam diu non reperietur causa incausata quae dat esse quin esse recipiat, quae sustinet quin sustineatur. Ergo in existentia conservata quae apparet in sensibilibus mentis oculis legit exigentiam primae causae - et quidem actualiter hic est nunc causans - sicut in ratione motus reperitur motor primus actualiter hic et nunc movens. Sic enim sensibilia repugnant, et repugnant etiam causis omnes quae ea sustinent in esse. Necessario igitur transimus ad Deum et attingimus eum sub uno novo titulo, sub novo praedicato et nova conceptione quae est prima causa incausata.

Attamen iter facere possumus tertia via.

Manuducimur ad Deum per sensibilia tertio modo: scilicet via causae materiali entis creati. Haec tertia via enim procedit ex parte defec-

tionis quas reperitur in ipsa ratione entis creati. Experientia ducit, invenimus in mundo circa nos res multas quas esse desinunt, qui corrumpuntur et qui periunt. Quod autem ita separatur ab esse non necessario cum eo connectitur, et ideo concursus talis vel talis rei cum suo esse ex contingentia venit; de se, nullo modo exigentiam habet essendi. Ergo talis concursus esse cum ratione quae non necessario existit non habet suam rationem explicativam. Quod modo separatur unitum fuerit antea. Unio autem diversorum non explicatur sine agente extrinseco uniente. Si autem agens ille adhuc contingens est ab alio pendet. In capite autem omnium contingentium reperi debet necessarium quoddam primum. Nam si omnia contingentia non resiliunt ratione suae inceptionis haec ratio ab alio expliciter et ab alio quod non inceptionem habuit. Necus, inceptio omnium sit inconditionata. Si non existit necessarium primum repugnant omnia contingentia: quoniam ante incceptionem primi contingentis fuit tempus ubi nihil erat. Ex nihilo autem nihil fit. Ergo, penetrata ratione entis creati, revolatur necessitas entis necessarii; et per viam illam tertiam possidetur tertium praedicatum quod Deo attribuitur scilicet: Primum necessarium.

Quarta autem via ascensionis in Deum rectissima est et splendidissima. Nobilissimum enim praedicatum Dei revelat quia incipit ab eo quod est nobilissimum in create: scilicet transit secundum causam formalem. unitur ex ratione ipsius perfectionis entis creati; non autem ex perfectione quae sub alioquo respectu imperfectionem quendam licet vel ex perfectione nulli imperfectione praedita. Invenitur enim in rebus mundanis perfectiones quaedam, quas easdem inveniuntur a se multa sub majore vel minori gradu perfectionis: videlicet possuntur a multis sub titulo diverso. Ita fructus dicitur bonus quia praeditus est dulcedine; lapis est bonus quia durus est; equus est bonus quia velociter currit; homo est bonus quia bonum amat et officit. Bonitas revera invenitur in istis multis, ratione autem diversa et secundum respectum majoris et minoris. Perfectio autem quae in suo proprio conceptu

nullam imperfectionem involvit, quae tamen realitur in multis diversis et sub gradu perfectionis diverso nullum ex iis quae illam perfectionem possident cum imperfectione explicare potest; et ideo quaerendum est praeter ea unum in quo perfectio illa in tota sua amplitudine realitur. Etenim magis et minus dicuntur de diversis secundum quod appropinquant diversimodo ad aliquid quod maximum est. Constat quod si una et eadem perfectio in multis invenitur unumquodque ex his eam non necessario et ex seipso possidet; id est, eam non explicat, de ea non potest reddere rationem. Diverſa enim unus reddere rationem nequeunt, nam unumquodque ex diversis a seipso habet tantum rationem ex qua diversum est. Paulus diversus est a Petro non per hoc quod est homo; quia Petrus etiam habet humanitatem; sed ex eo inso quod est Paulus seu ex "Paulitate", sicut et Petrus ab eo divertit per hoc quod est Petrus seu ex "Petreitate". Et sicut Petrus quia ex seipso nihil dicit nisi Petreitatem non sufficit ad humanitatem explicandam; ita Paulus et unusquisque. In quantum enim est diversum solummodo diversitates dicit et quod in illo est unum et ideo cum ceteris ab eo non explicatur; ergo diversae non sufficiunt ad explicandam unam eandemque rationem ab eis omnibus processam; quia ex seipsis non provenit. Si autem ex seipsis non provenit, etsi ex altera parte in eis invenitur pendet ex alio quod hanc perfectionem non recipit tantum - quia ita quaestio non resolvitur et adhuc quaerenda est - sed illud debet ex se eam rationem possidere; debet esse ipsamet perfectio illa subsistens in sua plenitudine essentiae. Ergo quod multiplex est non ex seipso explicatur sed petit rationem unitatis. Sed praeter factum multipliciter invenitur aliud factum in creatis scilicet diversitas graduum. Non tantum sufficit dicere: si una eademque perfectio in multis invenitur non ab eis explicatur; sed adhuc dicendum est: si perfectio quae in suo conceptu nullam imperfectionem includit sub statu imperfectionis invenitur, ab ipso statu imperfectionis non explicatur quia illud imperfectum hanc perfectionem non

illae sunt cursus methodicus entium ad finem propriam uniuscujusque. Arbor crescit et fructum producit; sol disponens lumen; lapis quaerit stabilitatem; magnus quidem ordo omnia regulat. Homo quidem ad finem attingendum oneratur sed homo conditione praeditus est; movetur a forma apprehensa, et causa ordinativa sui motionis est ab electione. Quomodo autem agentia cognitione demodata seipsa ad finem ducere possint? Quomodo arbor eligit esse nutriti ac producere incrementum? Quomodo lapis ex seipso quietem petit? Ex una parte habetur inclinatio rationalis, ex altera vero in corporibus ac sensibilibus non habetur intellectus. Ergo effectus intellectivus non habet in se rationem explicativam, non datur concordia inter actionem arboris et ejus naturae. Se regulatur ab extrinseco non datur, qui hanc inclinationem efficit, et hic regulator praeditus est intellectu; quia videre finem sub ipsa ratione finis est proprius intellectus. Si utem intellectus ille adhuc ordinatione caret, si a seipso non finalizatur sed ab alio illuminationem recipit, adhuc requiritur intellectus excellentior qui regulare potest quin regularetur. Ergo ex ratione inclinationis quae in intibus creatis invenitur mens clamat ad Intellectum Regulantem ac ordinantem; et, via illa quinta cognoscitur Deus sub praedicto novo quod est: Primum Intelligens.

Tunc, ex creatis, quinque tenemus de Deo, scilicet:

Deus est Primum Movens Immobile, Prima Causa Incausata, Primum Necessarium, Maximum Ens et Primum Intelligens Regulator orbis.

Praeter illa quinque nihil novum reperi potest; nam sunt quinque aspectus quibus res ulla tantum manifestare potest. Deus cognoscitur per creaturas, atqui in quantum creaturae cognosci possum in tantum Deus. Jam vero viae omnis cognitionis quatuor sunt, et hic omnino perscrutatae sunt. Ergo frustra quaeritur cognitio Dei extra illa quinque. Et ideo quidquid cognosci potest de Deo ex analizatione istorum quinque praedicatorum gignitur. Illa enim praedicata implicite claudunt in semetipsis omnes rationes

nam ex seipso possidet sed in illa ab alio causatur. Sicut multitudo petit unitatem ita imperfectio petit perfectionem; compositio petit simplicitatem. Quid enim sit imperfectio seu defectio perfectionum? Defectio autem perfectionis ex eo provenit quod simul cum perfectione limitatio seu negatio perfectionis habetur. Jam vero res et ejus negatio non possunt uniri ex seipsis; quia mutuo sese excludunt et rejiciunt; discrepant inter se et volunt communicationem ac unionem. Aliis verbis, ex his duobus non invenitur in ratione primæ exigentia ad secundam possidendam, nec in ratione secundæ exigentia ad primam possidendam. Respectus primæ ad secundam non explicatur ab utraque, neque respectus secundæ ad primam ex utraque explicatur. Ergo concursus ille qui revera tamen invenitur et ex experientia fulget non explicari potest quin habeatur tertia ratio extrinseca. Ex facto illo una conclusio educitur: limitatur perfectio ex hoc quod in illo recipitur: limitatur bonitas vel pulchritudo ex hoc quod recipitur in lapide vel in homine; unio autem hominis vel lapidis cum bonitate ac pulchritudine, seu compositio subjecti recipientis ac perfectionis receptæ est inconditionata. Bonitas non explicatur ab homine neque a bonitate in eo recepta; ergo bonitas ex alia parte explicari debet et frustra assignatur ut causa ejus alia bonitas adhuc recepta ac limitata: ultima ratio in ea non continetur: omnis bonitas limitata ultime pendet ab ipsa ratione bonitatis et ab ea causatur. Hæc est ratio explicativa bonitatis quæ invenitur in quocumque. Et hæc bonitas subsistens, hæc perfectio maxima, quæ explicat omnes perfectiones ejusdem lineæ, sub tamen peiori gradu in creaturis repertas est Deus. Unde ex hac quarta via dilucidatur quartum prædicatum divinum quod est: Maximum Ens.

Ultima autem via procedit a parte finis.

Fit transitus ad Deum secundum causam finalem entis creati. apparet tandem in rebus mundanis inclinatio et propensio directiva. Inclinationes

quae Deo attribui possunt. Revelari potest ex eis divinae perfectiones et illae tantum quia illa praedicata sunt propria soli Deo et alteram non sunt communicabilia. Si enim extra Deum invenitur primum movens in aliquo ordine seu movens primum secundum quid, Primum Movens simpliciter non est nisi ipse Deus. Similiter si datur quaedam causa prima secundum-quid, prioritas simpliciter in omni genere ac modo soli Deo convenit. Pari modo, si aliquando reperitur ens necessarium, puta angelus, qui prout spiritualis non potest corrumpi, necessitas illa est secundum-quid tantum: necessarium est ex hoc quod designationem cessandi non habet sed inceptionem habuit. Seipsum non creavit; ergo necessitas simpliciter et omnipfecta non convenit nisi Deo. Similiter autem de perfectione: et si habetur perfectio secundum-quid infinita, scilicet in suo ordine, sicut albedo, omnipfectio in omni ordine non praedicatur nisi de Deo. Denique, si gubernator praeditus est quodam regimine primo in aliquo ordine secundario, ordinatio simpliciter prima a Deo tantum detinetur. Itaque rectissime illa quinque praedicata Deo triquantur. Non tantum ad modum attributi sed ad modum substantiae: non tantum sicut ratio quidditativa sed sicut ratio quidditativa propria. Propterea unumquodque est convertibile et idem est dicere Primum movens vel Primum necessarium vel Primum ens et Primum gubernator ac dicere Deus.

Sed, inventis illis quinque praedicatis non adhuc cursus clauditur. Scimus enim tantum per illa quod reperitur in rerum natura ens cui convenit talia praedicata. De ipsa autem natura huius entis nihil adhuc aperte ostenditur. Scilicet ex prima via, scimus quod primus motor existit; ex secunda, quod prima causa est, et sic de omnibus. Cognoscimus de Deo "quia est". Num amplius revelare possit? num amplius ascendere possumus? Attingimus primum gradum, estne ultimus? Non! Si modo illa quinque praedicata analizantur nonne simul in unam et eandem rationem convertunt, quae erit summitas quinque viarum, et ideo ratio qua altior nulla inveniri potest?

Ad hoc reperiendum modo conari debemus.

Primo, erit sermo de motore immobile.

Quid sit natura hujus motoris? quomodo complectitur? an sit aqua, aer, lapis, corpus, angelus? quid requiritur ad habendum motorem immobilem. Motus, ut diximus, est transitus de potentia ad actum. Itantum igitur aliquid mobile est in quantum est in potentia. Si autem motionem recipere, seu moveri, est pati, motionem dare, seu movere, est agere; et ideo intantum aliquid est in actu in quantum est movens. Querere primum movens idem est ac quaerere primum actum cujus actualizationi nihil addi potest. Reperitum autem actualizatione in quantum elonatur potentia seu limitatio entis; ergo maximum in actu est maximum in esse. Esse autem est maximum in quantum cum nullo compositionem facit; in quantum non recipitur in alio; in quantum non se habet ad alterum sicut actus ad potentiam. Esse autem irreceptum in seipso subsistit; ergo primum movens immobile, ~~esse~~ actus, idem est ac ipsum esse subsistens plenitudo essendi nullo modo recepta.

secundo praedicato autem quid revelatur? quomodo complectitur prima causa? quid sit terminus ejus revelationis? Causa est principium influens in esse. Causare idem sonat ac dispensare esse et prima causa incarnata est illa nomine et virtute cujus omne esse dispensatur in mundo. Ad dispensandum quodcumque esse, requiritur prioritas ejus possessio. Ad dandum vero omne esse, seu ad essendum prima causa incarnata, requiritur prioritas simpliciter. Causa prima non solum debet dare esse sed hoc esse a semetipsa, a sua propria natura extrahere necessitatur. Ut autem aliquid ens ex sua natura sit prius omnis rationis essendi oportet quod suum esse seu sua existentia in illo non recipiatur, quod ex ipsa sua natura esse suum proveniat, quod non inveniat extra se rationem suae existentiae, quod ipsa sua natura seu sua essentia sit suum esse. Oportet quod sit existens per essentiam seu id cujus essentia est ipsa et existentia, ens in quo "id quod est" et "id quo est"

identificantur in una et eadem ratione. Omne ens autem definitur secundum suam essentiam; ens igitur cuius essentia est esse vocari debet esse per essentiam, ens cuius substantia est esse, seu: Ipsum esse subsistens. Haec est sola prioritas simpliciter in ordine causandi esse; est enim ipsamet ratio essendi cui non assignatur causa: quoniam ens non indiget ente ad essendum si nulla datur licet ratio ad potentia, si secundum suam totam latitudinem exercetur. Sibi ipsi sufficit et ex ipsa sua ratione sustinetur in esse. Non sese causat: quod est absurdum; sed causa non indiget, quia non indiget adhuc actualizare est enim plenitudo essendi. Iterum repugnat omnino illud causari quia quaecumque causa est extra causatum; sed quidquid est extra esse subsistens ab illo pendet et causatur.

De ratione autem primi necessarii quid requiritur?

Necessarium opponitur contingenti. Ens autem contingens est id cuius apparitio et eventus contingentes fit, et per consequens, cuius desinatio huiusmodi evenit. Secundum nomen autem ens necessarium est ens quod non cessat seu quod non desinet esse. Ens contingens se habet indifferenter ad essendum vel non; circa actum essendi se habet totaliter sicut potentia. Ideo esse connectitur tantum cum eo ad modum distincti et elongari potest ab eo quin ratio sua pereat vel destruat. Dicitur utique ens contingens in ipsa enim possessione esse, seu forma entis, contingentiam exhibet. Contingentia autem illa duplex est: quatenus illa essentia quae formam essendi recipit est simplex aut composita. Composita est essentia rerum corporalium et consequenter duplici contingentia praedit. Contingenter enim possidetur non tantum actus entitativus sed etiam actus formalis. Talia igitur contingentia desinunt esse per mutationem physicam quod est corruptio formae tantum. Essentia vere simplex, seu spiritualis, ab illa mutatione liberatur, sed cessare tamen potest per mutationem metaphysicam quae est annihilationem totius entis. Haec autem mutatio, et si possibilis est, de facto tamen non invenitur; quia repugnat divinae sapientiae. Propterea a quibusdam auctoribus vocatur ens

illud contingens"ens necessarium quod non reddit rationem suae necessitatis" Attamen nobis videtur quod melius vocatur"ens contingens"; quia, ut diximus supra, contingentia^{quae} attribuitur enti significat per se primo ens quod habet esse per contingentiam. Huic vero opponitur ens necessarium tanquam ratio explicativa hujus contingentiae. Sed ad hanc missionem operandam quid requiritur de ente necessario? Omnibus supradictis positis faciliter responsio fertur. Si ratio desinendi esse originetur ex compositione - nihil enim corrumpitur quod non separari potest (corrumpere enim idem sonat ac frangere-cum seu cum-rumpere) - simplicitas est ratio conservationis seu necessitatis. Sicut compositio in ipsa ratione essendi ens contingens facit ita simplicitas in ipsa ratione essendi ens necessarium gignit. Quomodo autem simplicitas illa quoad ipsam rationem essendi habetur, nisi per hoc quod fit nullum pactum cum ipsa ratione essendi. Sicut actus formalis demudatus ab omni materia simplicitatem essentiae facit, ita actus entitativus, ab omni potentia limitanti, seu ab omni modo essendi, ab omni essentia demudatus, simplicitatem entis constituit. Sicut forma subsistens fundat necessitatem, id est liberat ab omni physica mutatione, ita existentia, seu esse subsistens liberat ab omni designatione simpliciter: tam physica quam metaphysica. In hac tantum ratione fulget omnis necessitas ac ratio sufficiens essendi a qua omne contingens humiliter mendicat esse. Aliis verbis, ens necessarium repugnat si non est ipsum esse subsistens. Nam esse quod est in eo non potest componere cum alicui quidditati advenas. Si enim in aliqua quidditate inest; vel ei est dissonans, vel affine. Si habetur primum: non convenit enti necessario; quia id cui esse dissonans est non per se existit. Si habetur secundum: vel ab illa quidditate ipsa dependet, vel ab alia causa, vel ipse antecedit essentiam et causat. Jamvero haec tria repugnant enti necessario; quia primum: si esse entis necessarii a quidditate cui alligatum est pendet, ab alio recipit esse; ergo non per se existit: non

est primum necessarium. Si autem ab alia causa, repugnat ex eodem capite. Si tandem essentia seu quidditas illa ab ipso esse pendet et anteceditur, est accidens; nam quidquid post esse vivit, accidentialiter vivit. Esse enim est actus ultimus claudens rationem entis; quidquid praeter illud recipitur non intrat in rationem ejusdem entis sed ens novum constituit. Ergo ratio qua complectitur ens necessarium est esse simpliciter ac solum sumptum: esse in sua puritate ac simplicitate absoluta: esse omnino irreceptum ac cum nullo ligatum: quod nihil aliud est quam ipsum esse subsistens. Esse Subsistens igitur et Ens Primum Necessarium sunt omnino convertibile.

Sed, quid dicit quantum praedicatum? Primum, seu Maximum Ens? Quid sit ejus natura; quid revelatur ex ejus analizatione? Colligitur ratio entis primarii ex hoc quod est fons totius entis; et sic opponitur enti secundo quod ab altero derivatur. Sed quid requiritur ad habendum ens ab alio derivatum in ipsa ratione entis, nisi quod in tali ente esse non exhibeatur et non invenitur essentialiter sed tantum participative. Sicut id quod habet ignem et non est ignis est ignitum per participationem, ita illud quod esse habet et quod non est esse dicitur ens per participationem. Ignitum autem quod non est ignis non potest dici primum ignitum, sed ignitum derivatum et ad modum secundi. Ignitum enim quod per se primo et essentialiter non est ignitum reputat per se primo ignem explicare. Ita ens creatum quod non habet necessario, esse seu in cujus quidditate non includitur esse, habet esse sed non est esse. Ex hac autem ratione dicitur ens participative seu quidditas cui esse convenit ad modum conjuncti extrinseci. Illa enim ratio solummodo praedicari potest de ente illo in quo salvatur essentialiter esse, in qua ratio constitutiva est ipsa perfectio essendi: ens cujus essentia est esse: seu quod se habet ad esse sicut ignis se habet ad ignem et "A" se habet ad "A". Ens in quo totaliter reperitur ratio "esse", ens et consequenter ens in quo sola reperitur perfectio essendi. Quidquid enim superaddi potest jam in

se est. Omnis enim perfectio obtinetur in quantum esse ejus obtinetur; ubi vero invenitur esse secundum plenitudinem hujus rationis, nihil addi potest secundum esse quia jam omne esse possidetur. Sed in istis, non intelligitur mendacium. Ens est absque additione duplici modo: scilicet secundum cognitionem et secundum rem. Secundum cognitionem ens est ratio illi confusissima quae omnibus convenit. Secundum rem vero est ens divinum. Primum simplex est ex separatione, secundum ex natura quia est actus purus subsistens. Ideo divinum esse est esse sine additione non tantum ex cognitione sed etiam in rerum natura; non solum sine additione sed etiam sine receptibilitate. Quod idem sonat ac si diceremus: non solum absque accidentibus sed absque essentia receptiva. ~~Constat-tamen-qu~~

Sed necessarium est dicere quod ens dupliciter sumi potest: vel ut nomen, vel ut participium. Primo modo est omnibus conveniens et quidem essentialiter: est enim praedicatum confusissimum et simplicissimum, et propterea communissimum ac universalissimum, quia in tantum maxima est extensio alicujus conceptus in tantum minima sua est comprehensio: sicut in quantum procul videre potest oculus in tantum altius penetratur. Itaque essentialiter dicitur de lapide quod est ens; similiter et de planta; de sensibilibus; de formis subsistentibus et de ipsa ente subsistente. Si autem ens sumitur ut participium significat primo exercitium actus existendi et necdum omnibus simili modo convenit. Creaturis etenim convenit tantum accidentaliter: id est ad modum rationis supervenientis quidditati, soli autem Deo convenit essentialiter. Est enim forma entis et non attribuitur simpliciter illi cui convenit ut accidens. Ergo nomen entis analogice sumitur in his duobus significationibus et primum harum analogatarum est participium quia se habet ut forma, ut determinans. Quid ergo concluditur de ente creato seu per participationem nisi quod de se potius est non-ens quam ens. Omnis res enim est ex hoc quod habet esse. Si autem invenitur res cujus esse

superadditum est ejus quidditati, ejus esse non est de sua ratione, de se aliquomodo nihil est. Sed hoc omnimode destruit rationem primi entis. Quod enim ex sua ratione non est ens a fortiori non potest esse primum ens. Et semper concluditur quod ratio primi entis idem sonat ac ratio entis cujus essentia est esse, ens in quo esse solum invenitur, ens cujus descriptione sine tautologia fit dicens: "illud in quo ens est ens".; quia est sola repetitio locutionis Dei quando dixit Moysi: "Ego sum qui sum". Ens autem illud vel subsistit vel non et si subsistit solum subsistit id est: sine ulla addite; ergo est esse subsistens, seu pura forma entis subsistens. Ergo Primum Ens est Ipsum Esse Subsistens: haec duo convertibilia sunt. Ime primum ducit ad iterum, secundum autem explicat primum et claudit omnem investigationem in linea entis. Ut infra abundantius demonstratur.

Inventa autem ultima ratio secundum rationem Primi Entis, ad investigationem rationis Primi Governantis transimus.

Id quid petitur primum intelligens nisi ad explicandum factum experientiae ex seipso non explicabile: scilicet ante oculos nostros sunt entia quae se habent ad invicem ordinative. Non enim solummodo datur multiplicitas sed multiplicitas ordinata. Sunt rationes quarum altera se habet ut medium altera autem ut finis. Finis appetitur, medium ad eum ducit. Quaecumque res inclinatur ad aliquid prosequendum: oculus ad videndum, pes ad ambulandum, etc. Haec autem inclinatio fundat ac dirigit omnem operationem. Istae Itaque inclinatio se habet ad finem sicut potentia ad suum actum, sicut actus primus ad suum actum secundum correlativum, sicut motus ad suum terminum, sicut fieri ad suum factum-esse. Omne quod inclinatur propter perfectionem inclinatur, omnis inclinatio fundatur in perfectionem assequendam. Omnis autem ratio quod appetitur in virtute finis ultimi appetitur scilicet: medium non est appetibile nisi in ratione finis, finis autem non-ultimus in ratione finis ultimi. Nutritur arbor ad crescendo et crescit ad reproducendum. Si igitur omnis inclinatio seu ordinatio propter actum ultimum fit ens a quo omnis in-

inclinatio est habet in se rationem actus ultimi. Sed quis est actus ultimus? Sicut unusquisque actus ultimus uniuscujusque inclinati fundat inclinationem, ita ad habendum fundamentum omnium inclinationum requiritur actus simpliciter ultimus. Actus autem ille simpliciter ultimus est actus simpliciter perfectus, seu actus praeter quem non adhuc actus inveniri potest. Si enim praeter eum reperitur actus, necdum erit actus ultimus sed actus ad ulteriorem actum ordinatus; actus partim in potentia et partim in actu, actus quoad seipsum sed potentia quoad actum ulteriorem. Actus autem ille non est nisi actus omnium actuum, perfectio omnium perfectionum. Omnes autem perfectiones actualizantur in quantum habent esse; ergo esse est actus perfectissimus, actus perfectissimus, actus ultimus omnium. Sed si esse de se limitare nequit, et recusat adhuc actualizari, attamen inveniri potest ut actus non ultimus: non ratione sui ipsius sed ratione quidditatis in qua inest. Esse enim in etiam in ratione sua perfecti nequit si tamen connectitur cum brute, adhuc perfectionem petit ex ratione bruti. Propterea solummodo habetur actus ultimus simpliciter ubi habetur esse omni mixtione carens, in nulla quidditate receptum, esse irreceptum; Esse Subsistens. Ex hac etiam ratione invenitur in creaturis quod omne desideratum est solummodo ens secundum-quid. Esse enim eorum est receptum in essentia quadam limitata et appetitus seu inclinatio habetur ex illius essentia, non vero secundum esse. Bonum ergo creatum seu finis ultimus est ens secundum-quid eorum; et bonitas haec est talis bonitas. Bonitas autem simpliciter, quae rationem reddit omnium bonitatum, debet esse ens in sua plenitudine totali. Illud enim solum potest esse fons omnis appetibilitatis quod est fons omnis perfectionis, sicut illud solum est albedo perfecta cui non deest albedine ulla; albedo in qua nihil nigredinis admiscetur. Sed

Sed obiectis fieri potest. Nonne homo, prout intellectu praeditus, cuius specificativum est esse querit bonum optimum quin ipse sit optimum bo-

non subsistens. Conclusio haec thesion nostram non destruit: imo maxime eam confortat.

Manifestum est utique quod esse secundum-quid hominis seu perfectio ejus simpliciter est esse in tota sua latitudine sumptum et ex hoc capite concluditur quod beatitudo hominis in possessione intellectiva Dei consistit. Sed, quae est possessio illa? nonne relativa tantum? scilicet nonne intellectus humanus Deum possidet in quantum possideri potest ab homine. Possessio haec autem maxime procul a possessione ipsa divina est, quae est comprehensiva. Homo non est suum objectum actu sed tantum in potentia. Ergo unio cum suo objecto non fit necessario sed contingenter; non fit ex ente naturae sed ex ente intentionali, non ex forma naturae sed ex forma representativa naturae ex effigie, ex specie, ex spectaculo. Si cognoscens est cognitum secundum quid tantum est illud. Ergo possessio esse subsistentis quae homo gaudet est possessio secundum quid tantum, et hoc iterum non provenit ex esse sed ex homine, qui de se est intelligens radicale ac potentialiter tantum. Quare, talis cognitio Dei non sufficit, altius investigatur. Haec enim ratio actus ultimi est actus ultimus secundum-quid. Ad habendum actum ultimum simpliciter, requiritur actus ultimus subsistens, cujus subjectum possidens identificatur ex identificatione naturae cum objecto possesse, remota omni separatione, omni contingentia, omni unione secundum-quid, quae fit secundum formam representativam. Itaque inter actum ultimum secundum-quid et actum ultimum simpliciter habetur diversitas simpliciter et convenientia secundum-quid, habetur abyssus analogiae.

Tunc omnia ordinantur ad esse, esse omnia ordinat et inclinat: esse autem secundum-quid fundat inclinationem ex ratione esse simpliciter, sicut finis medii movet ex ratione finis ultimi. Ergo omnium Inclinator ac Gubernator nihil aliud aliud est quam esse: esse autem simpliciter perfectum, simpliciter actus ultimus extra rationem esse subsistentis reperiri nequit

Erge Primum Intelligens Gubernator est Esse Subsistens.

Quid invenimus hucusque?

Primo, creatura ~~in~~ cuius ratio mentem nostram ad cognitionem entis divini ducit. Creatura Deum manifestat ex sui entis complexione; atqui, totalis complexus entis creati ex quatuor causis fit; et, percrutatis illis quatuor, non amplius perscrutari potest creatura. Ex ratione autem harum quatuor quinque praedicata, divinum majestatem manifestativa, reperiuntur. Quibus adhuc analysatis, una et eadem ratio exhibetur tanquam eorum summa ac terminus. Sicut ex quatuor causis una efficitur essentia, ita ex quatuor causis una ultimo revelatur essentia. Sicut creatura patet a Deo quadrupliciter, ita creatura quadrupliciter Deum demonstrat. Primus motor, Prima causa, Primum ens, Primum necessarium, et Primum intelligens, unum et idem sunt: quod est: **Esse Subsistens**. In hac ratione simul conveniunt tanquam ad terminum. Et haec sola ratio ut eorum terminus suscipi potest, in qua conjunctio illa reperitur. Sicut enim essentia, seu ratio constitutiva effectui invenitur tantum ad punctum concursus quatuor illarum causarum - ad habendum enim effectum requiritur sistio extra causas - ita in illa tantum in qua haec quatuor identificantur est essentia entis increati. Et non praeter illam invenitur aliquid quia non praeter illam ratio causae invenitur: in hac enim clauditur ratio causae et propterea processus ascensivus non altius nos ducere potest. Ubi enim clauditur ratio causae etiam via ascensiva; et quidquid postea reperi potest in Deo ex via descendente dimanat et ex illa ratione inventa fluat, ad modum attributi, per analytationem, a priori. Hic est cursus ascensivus ex creatura ad Deum, ex essentia creati ad essentiam increati: totaliter consistit in assecutione quinque viarum, a puncto inceptionis ad punctum terminationis: in utroque punctis conjugantur in unum quod est, in principio, ens effectus et, in fine, ens causa.

Conclusio autem hujus cursus est ratio qua major nulla inveniri potest.

Atqui ratio haec inventa est: Ipsum Esse Subsistens. Jamvero recte proponitur tanquam ratio constitutiva Dei; aliis verbis recte proponitur essentia Dei metaphysica secundum nostrum modum concipiendi.

His dictis, minor nostra recte declaratur probata quoad primam partem. Videtur nunc quod Ad Esse Subsistens se habet tanquam essentia metaphysica ~~et~~ saltem ex parte aspectus absoluti.

SECUNDA PARS MINORIS.

Num autem secundum respectus suos haec contradicuntur? Num, specialiter, esse subsistens est ratio explicativa omnium perfectionum divinarum? Si valet contrarium, destruitur omne supradictum. Propterea oportet modo ostendere quod et quomodo se habet respective ad omnes quae de Deo concipiuntur tanquam vera essentia ad vera attributa sua: secundum propositum in secunda parte nostrae minoris.

Notandum est in primo quod, sicuti declaravimus semel supra, in sequentibus processus noster erit omnino diversus a processu quem hucusque secuti sumus. Hucusque enim ascendimus per viam inventionis, nunc descendimus per viam iudicii. Primus processus erat a posteriori, ex effectus ad causam, hic autem a priori est, seu a causa ad effectum: quod est procedere non solum connaturaliter ad intellectum sed etiam secundum ipsum ordinem ontologicum. His positis, ad rem.

Quod ex hac ratione scilicet: Deus est Ipsum Esse Subsistens, resultant ac dimanant omnes divinae perfectiones, dupliciter probabimus. Primo globaliter, quatenus esse subsistens continet rationem omnip perfectionis. Secundo singillatim et per unamquamque perfectionem discurrens.

Primo, Esse Subsistens est ratio explicativa omnium perfectionum, seu Deus est universaliter perfectus, in eo sunt perfectiones omnium rerum, et nihil de perfectione essendi potest ei deesse quia est ipsummet esse subsistens. Sicut ratio limitativa seu restrictiva alicujus perfectionis fundatur in

hoc quod perfectio in est in aliquo subjecto, seu ex hoc quod participatur secundum capacitatem alicujus subjecti, ex hoc quod non invenitur totaliter integraliter-que; ita, ratio perfectiva ejusdem perfectionis fundatur in hoc quod perfectio in se stat. Manifestum est enim quod si aliquod calidum non habet totam perfectionem calidi, hoc est quia calor non totam-perfectionem participatur in eo secundum perfectam rationem; sed si calor esset per se subsistens non posset ei aliquid deesse de virtute caloris. Ita esse. Si limitatur hoc est quia recipitur et inest in aliquo subjecto; si esse est per se subsistens non potest aliquid deesse de virtute essendi. Illud autem cui nihil deest in ratione essendi omnes perfectiones possidet. Nam omnes perfectiones pertinent ad perfectionem essendi. Quomodo enim res quaecumque perficitur? quomodo nobilitatem recipiat nisi ex hoc quod modo eminentiori esse participat? nisi ex hoc quod est sub aliquo respectu novo? E Contra, ex quo dicitur res defectuosa imperfectaque? nisi ex defectu alicujus esse. Manifestum est enim quod homo dicitur sapiens ex hoc quod sapiens est, seu ex hoc quod actualizatur ~~habet~~ ac perficitur, seu est aliquo modo quod qui vocatur sapere, seu crescit sub illa formalitate et illo aspectu essendi quod est sapere. Sic de omnibus. In tantum res vocantur perfectae in quantum sunt, in quantum exhibent in se multas formalitates essendi, in quantum sunt multipliciter; et consequenter in tantum perficiuntur in quantum evolvuntur in esse, Similiter etiam in tantum vocantur imperfectae, in quantum multae formae essendi eis desunt, et in tantum vocantur decrecentes in quantum decrescunt in esse, in quantum formae essendi extinguuntur in eis. Omnes perfectiones pertinent ad perfectionem essendi ex alio capite: scilicet: quia omnes ab illa pendent et ex ejus virtute ipsam virtutem perficiendi exercent. Sicut calidum non potest calloficere nisi ex hoc quod dat calorem, ita perfectio non potest perficere nisi ex hoc quod dat esse. Esse autem est perfectio perfectionum quia omnis perfectio ab esse

actualizatur. Esse comparatur ad omnia caetera sicut actus ad potentiam, nam nihil habetur post esse et esse de se adhuc actualizari nequit quia est ultima actualitas. Quidquid addi possit ei esset esse, et quod est non potest recipere esse, quia jam est, et quod esse recipit debet non esse, et unum ac idem sub insomni respectu non potest simul esse et non esse. Esse igitur non se habet ad aliud potest sicut recipiens ad receptum, sed solummodo sicut receptum ad recipientem. Quidquid recipitur post esse non ex ratione ly esse recipitur, sed ex ratione illi cui esse inest, ideo ex additione hac non perficitur idem ens sed novientis superpositio; ex additione enim esse cum ad esse non fit unum ens sed aggregatio entium, non unum per se sed unum per accidens. Sed difficultas surgit ex hac doctrina.

Quomodo enim esse potest explicare omnem formam essendi nam hoc videtur repugnare; quia contrarium fit in rerum natura. Sunt enim res multae quae esse habent et non gaudent omnibus perfectionibus. Lapis, verbi gratia, revera est sed non vivit, sed non sentit, sed non intelligit. Ergo esse non continet plenitudinem perfectionis.

Sed fundamentum hujus difficultatis ruit quando agitur de Deo; itaque hoc factum increationis non destruit quae supra diximus de Deo: et hoc faciliter explicatur.

Perfectiones se habent diversiter prout subsistentes secundum suam formalem rationem et prout participatas in hac vel illa natura. Perfectiones enim subsistentes eo nobiliores sunt quo simpliciores. Participatae vero eo nobiliores sunt quo pluriores. Propterea ens per participationem eo nobilius dicitur quo pluribus perfectionibus gaudet. Melius est participare "sentire", "vivere", "et esse" quam vivere et esse solum; et sic de omnibus. Quomodo fiat istud? Quomodo esse recipere potest? Quia esse participatur. Ubi esse participatur, esse habet nobilitatem vel amplitudinem subjecti participantis; et quatenus illud subjectum est nobilius ac excellentius, esse

quod in eo participatur creavit; quidquid enim recipitur ad modum recipientis. Esse autem non participatum non suscipit additionem; non perficitur ex hoc quod illi attribuitur vivere, sentire, intelligere; imo, contractatur ad illas perfectiones et limitatur. Licet ergo ea quae sunt et vivunt perfectiora sint quam ea quae tantum sunt, Deus tamen quod non est aliud quam suum esse est universaliter ens perfectum. Patet quod ad hanc conclusionem ferendam oportet sumere hoc verbum "ens" non ut esse abstractum et universale, sed esse divinum, ut supra saepe animadvertimus. Esse participatum deest perfectione quia participatum est. Esse subsistens continet totam perfectionem essendi quia subsistit in se. Esse subsistens enim est ratio explicativa omni-perfectionis divinae.

Quamvis haec doctrina in genere satis admittitur, attamen in casibus particularibus, multi sunt auctores qui erraverunt. Iter incipient recte, sed fallunt in periculis vine et non attingunt terminum quin destrueretur doctrina. Propterea quod oportet nos nolo iter facere, ad modum boni theistici, sine formidine, usque ad terminum ultimum, ubi, nostra doctrina in tota sua virtute fulgebit. Hoc erit secundum maximam Evangelii: "qui autem sustinuerit in finem hic salvus erit". Quae commentatur ab Apostolo dicens: "nescitis quod ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accepit bravium? Sic currite ut comprehendatis." Ergo, currimus.

Esse Subsistens explicat singillatim: 1o, omni-modam infinitem; 2o, omni-modam simplicitatem; 3o, maximam unitatem; 4o immobilitatem atque aeternitatem; 5o, summum cognitionis et summum gradum vitalis, summum veritatis, incomprehensibilitatem, invisibilitatem atque ineffabilitatem; 6o, summum volitionis, summum bonitatis, summum gaudii ac beatitudinis, summum dominii atque libertatis; 7o, summum potentiae et virtutis atque fontem totius esse.

1o, Esse subsistens est ratio explicativa infinitatis imo omnimodae infinitatis. Quid sit infinitas? Ex nomine manifestatur ut

perfectio quae elongantur omnes limites, id finitas enim idem sonat ac sine finibus, absque limitationibus, propterea definitur a philosopho: "id cujus partem accipientibus semper aliquid demet extra". Duplex est infinitas quatenus gignitur aut ex perfectione aut ex imperfectione. Infinitas imperfectionis ea dicitur quae residet in potentia: potius est indefinitio quam infinitas. Est infinitas materiae-primo, quae formas suscipere potest in infinitum, una post corruptionem alius. Est etiam infinitas facultatis, quae crescere potest in infinitum et suscipere novas formas quin vetus forma abiciatur. Secunda, infinitas est infinitas formalis seu infinitas actus: quatenus formaliter respicit omnes coactiones. Huiusmodi omnis forma abstracta infinitate quodam gaudet: videlicet humanitas prout abstracta ac universalis non limitatur ad Paulum vel Petrum, sed sese extendit totali speciei. De hac infinitate agitur modo. Et in hoc sensu dicimus quod esse subsistens est ratio omnis infinitatis. Esse subsistens ex hoc quod est esse continet omnem perfectionem, et ideo perfectio, nullomodo limitatur a se, est infinitum; ex hoc autem quod est subsistens nihil tollitur de sua latitudine per aliud; ideo non est tantum infinitum sed infinitum simpliciter. Infinitas formalis enim, seu perfectionis, adhuc dupliciter sumitur: secundumquid et simpliciter et hoc solum Deo convenit. Infinitas enim secundumquid convenit quicumque essentiae limitatae: id est, quae continet omnem perfectionem suae rationis formalis sed limitatur ex hoc quod essentiae sunt ad extra. Ita albedo continet sine fine, seu modo infinito, albedinem, sed non plenitudinem coloris. Itaque- Itaque nullis illius coactatur in ratione albedinis sed finibus limitatur in ratione coloris. Ergo est infinitas secundum-quid: Infinitas sub aliquo respectu tantum. Sicut etiam color si concipitur ut color est infinita sed finita est si concipitur ut accidens. Infinitate autem simpliciter gaudet tantum illa essentia quae nullis limitibus circumscibitur. Quae est illa essentia, cujus ratio formalis se praebet

simpliciter? Illa sola ratio quae in se omnem rationem continet, illa sola perfectio quae in se omnem perfectionem dicit, quae a nulla circumdatur; quia extra eam non reperiuntur illa, et hoc est esse. Sed alia conditio requiritur, videlicet quod perfectio illa in tota sua amplitudine realizetur, quod non participietur sed in se stat, et hoc est esse subsistens. Quomodo esse de se limitari potest quoniam extra illud remanet nihil. Vel relinquitur in se et tunc esse est infinitum, vel contractatur, ad aliud et tunc necdum seipsum est sed hoc aliud ad modum cuius recipitur. Sed ambiguitas surgit ex illo capite.

Manifestum est quod in rerum natura sunt entia finita, unde sunt illae realitates quaedam quae non sunt in eis esse subsistentes, et consequenter quae ei adduntur. Jamvero quomodo additio haec fieri potest? Ens enim infinitum omnem additionem recipit. Ergo Deus non est ens infinitum, esse subsistens nullo modo dat rationem infinitatis, quia si sit additio.

Attamen responsio non est difficilis. Extra esse subsistens nihil invenitur in eodem ordine, in alio autem inferiori ordine hoc fieri potest. Ita effectus additur causae; attamen causa eminentior est. Causa sese producere non potest sed producit effectum. Ita creaturae quae effectus Dei sunt, adduntur entis divini in ordine inferiori. Denique autem ex additione illa scilicet productis creaturis, ens totaliter sumptum est majus quam antea? Oportet distinguere. Post creationem magis plura sunt entia quam antea; ens autem non magis est ens. Habeantur entia plura, sed non plus ens. Sicut ex hoc quod scientia magistri transit in discipulos, non habetur plus scientia sed pauciores scientes. Ergo esse subsistens est infinitum scilicet est ratio radicalis ac fundamentalis infinitatis. Processus enim ex quo transimus de esse subsistente ad infinitatem omnimodam descensivus est.

Sed quomodo hac doctrina conciliari potest cum experientia. Manifestum est enim nobis quod habere possumus conceptum et cognitionem in-

finiti quin exhibeatur antea esse subsistens; ergo esse subsistens non est causa explicativa infinitatis.

Ad hoc explicandum notare oportet quod cognitio huius infinitatis fit a posteriori et per processum ascendentem. Huius modi autem procedendi reperiuntur omnia divina attributa sed nullo modo in hac via ascendiva infinitas non claudit processum. Reperta enim infinitate, adhuc aliud querendum est, essentia subjecti cui convenit infinitas. Scientia autem a priori non datur quin ab esse subsistente habeatur transitus, et, quin esse subsistens antea concipiatur. Ergo, esse subsistens explicat quasi causam quare Deus est ens infinitum. Omnes aliae rationes vel causae ex quibus probatur Deum esse infinitum sunt rationes a posteriori, illa tantum est a priori. Haec de infinitate sufficit modo, quoniam infra profundius percrutabitur ratio haec quando pugnabuntur argumenta Scoti. Melius est modo non exhibere arma nos ra; nam oportet sapere sed sapere ad sobrietatem.

2o, Ergo sine mora ad secundum. Esse subsistens est ratio explicativa omnimodae simplicitatis; ex hoc quod Deus est esse subsistens dimittit quod est simplicissimus. Quid enim est simplicitas nisi negatio compositionis, negatio dualitatis. Simplex vocatur homo in quo non datur duplicitas intentionis; simplex dicitur vulgus propter suam carentiam subtilitatem, simplex dicitur infans propter paucitatem desideriorum, propter modestiam ambitionum, propter integritatem fiduciae. Simplex est elementum chymicum quod in summo dividitur physico. Simplicitas autem pendet vel ab imperfectione sicut simplicitas puncti. Punctus est nimis imperfectus itaque non recipit partes. ~~Vel a-~~ Vel a perfectione. Illud est simplex quod totam suam rationem formalem realizat. Ita angeli simplices sunt: in angelis enim individuum est totalis ratio speciei. Raphael archangelus non se habet ad suam essentiam sicut Paulus-homo. Nam Paulus non continet plenitudinem suae rationis formalis id est, non est tota humanitas, Raphael autem est plenitudo

eius essentiae, scilicet extra se haberi potest essentia perfectior vel pe-
jor, sed eadem essentia non invenitur. Praeter Paulum vero inveni-
tur Petrus ac Simon, qui sunt in eadem eadem linea essentiae. Angelus se ha-
bet ad alium sicut species ad speciem: puta sicut homo ad brutum vel sicut
brutum ad plantam; quod non invenitur in individuo corporali: ex hac ipsa ra-
tione quod substantia angeli simplex est substantia corporalis autem com-
posita. Deus autem qui est esse subsistens revera meritis attributionem sim-
plicitatis. Et non agitur de simplicitate imperfectionis quia in eo nulla
imperfectio reperitur, et consequenter nulla possibilitas simplicitatis im-
perfectionis. Haec enim simplicitas, prout haec negatio perfectionis, est e-
tiam negatio esse subsistentis. Si Deus est simplex, hoc est secundum per-
fectionem. Est autem simplex si respuit omni compositionem; et talis erit
eius simplicitas quae ab eo elongantur genera compositionis. Esse subsis-
tens respuit compositionem formae ac materiae; quia essentia quae est ipsum
esse non potest esse forma alicujus corporis. Nam forma corporalis, prout
corporalis est, scilicet prout actum talem vel talem materiam individuantem,
omnem plenitudinem essendi continere nequit, sed necessario est tantum modus
essendi. Ergo esse subsistens non potest componi ex materia et forma quin
perdat et ratio entis subsistentis et ratio entis corporalis. Corpus quod
habet formam infinitam non est corpus; esse subsistens quod est forma corpo-
ralis non est esse subsistens; ergo esse subsistens est simplex quoad actum
formalem.

Num autem sit compositum ex natura ac supposito? Num Deus subsistit
ex substantia superaddita esse quidditati? Suppositum enim seu substan-
tia est id quod reddit substantiam omnino incommunicabilem; sicut individua-
tio est id quod reddit substantiam incommunicabilem inferioribus. Quare,
dicitur communiter quod suppositum se habet ut "quod", ut "totum", natura au-
tem "que", ut "pars" tantum. "Ut quod" enim nullum ordinem dicit; "ut quo"

vero dicit ordinem ac respectum ad aliud. Aliis verbis, "ut quod" dicit incommunicabilitatem, "ut quo" dicit communicabilitatem. Ita Petrus est id "quod" est, id "quod" operat; id autem "quo" Petrus est, id quod est, est humanitas seu natura humana, imo Petraitas seu haec natura individualis Petri. Recte dicitur propterea quod Petrus operat per suam animam- ut principium "quo" remotum- aut quod Petrus intelligit per suum intellectum- ut principium "quo" proximum-. Iam autem compositio haec: principii "quod" et principii "quo", partis formalis ac totius, naturae ac suppositi salvari potest in Deo? Num, secus, est simplex in illo ordine?

Esse subsistens non potest suscipere compositionem hanc quia esse subsistens est infinitum et hoc fieri potest solummodo apud quidditatem limitatam. Nam illud sonat quidditas cui additur ad subsistendum ac quidditas extra quam aliquid invenitur, et huius modi quidditas est limitata. Jamvero esse subsistens est absque terminis, ergo non est quidditas cui addi potest, ergo non potest subsistere tanquam pars formalis tantum, et contra, se habet ut "quod" tantum, et ut "quod" non indigens "quo" cuius est continuatio; quia subsistit in se et ex se solum.

Esse subsistens non suscipit compositionem metaphysicam seu non praebet fundamentum ad distinctionem generis ac differentiae. Jam elucidavimus hunc punctum ex ratione quidam generali et a posteriori. Sed nunc fulget ex causa a priori quae est ratio perfectior. Cum enim esse Dei est ejus essentia, seu cum essentia Dei est ipsum esse, non potest collocari sub alio conceptu quam ens seu esse. Jamvero ens non potest esse genus quia omne genus differentias extra se habet; sed extra ens nihil remanet, omnia continet actualiter, ac habet potentialiter ad nullum. Illi ergo deest differentia superadita. Quidquid est extra rationem entis est nihilum et nihilum seu non-ens non potest esse differentia; ergo esse subsistens non componitur ex genere et differentia. Si autem sub diversis conceptibus cognoscitur, hoc

non est, ut supra explicavimus, nisi per abstractionem imperfectam; ideo² abstractionem confusionis seu abstractionem non-explicationis. Quia abstractione non ita praescinditur ratio abstracta quod ratio relicta non appareat. Est abstractio quae convenit analogo, sed non univoco. Ex omnibus compositionibus illa tantum quasi-compositio nullam imperfectionem induit. Compositio enim habetur in quantum habentur diversa. Atqui perfectiones divinae neque sunt diversae secundum rem, seu res diversas, neque simpliciter secundum intellectum, seu rationes et formalitates absolute diversas, sed solum secundum-quid secundum intellectum: sunt enim explicatio et non-explicatio, seu explicatio imperfecta et explicatio perfecta ejusdem formalitatis. Ergo esse subsistenti non assignatur definitio nisi per quasi-genus et quasi-differentiam, seu quasi-definitio. Fatet quod illud quod caret finibus in essendo caret etiam finibus in cognoscendo, secus non cognosceretur secuti est, haec cognitio non esset verax, non esset cognitio. Definire autem idem sonat ac ponere fines in cognoscendo. Ergo Deus rejicit ^{hujusmodi} compositionem secundum intellectum.

Esse subsistens autem non est compositum ex subjecto et accidente. Modus quidem essendi potest continere aliquid adhuc sed ipsum esse non potest. Sicut quod est calidum potest esse aliquid aliud, scilicet, album, sed in eo calor non est nisi calor. Hoc etiam supra diximus, et sufficit notare quod esse non datur esse quia jam est esse secundum plenitudinem formalis rationis ejus. Accidentia autem est esse quoddam secundum-quid quod adjungitur alio esse, ergo supponit quod illud aliud esse sit limitatum quod repugnat Deo quia est infinitum. Ergo esse subsistens est iterum causa simplicitatis in hoc ordine.

Non componitur ex essentia et esse; quia est ipsa et identificatio essentiae et esse. Ergo esse subsistens est omnino simplex, est, perfectio simplicitatis quia simplicitas in ipso linea essendi explicat omnimodam simplici-

citatem. Est enim infinitas simpliciter et omnis compositio ex limitatione fit: secundum principium: ne totum est majus sua parte, Quidquid est de ente subsistente est perfectum ergo non potest suscipere rationem partis. Esse subsistens de se respuit omnem compositionem, ab alio autem recipere compositionem non potest etiam; quicquidque advenit in aliquo ente et ab alio pendet est causatum ab hoc alio, atqui esse subsistens causas nullam suscipere nequit quia est causa incognita. Ergo conclusio haec fertur sine formidine quod esse subsistens est ratio explicativa et existentiae simplicitatis divinae et ejus absolutae perfectionis.

3o, Ex simplicitate autem immediate ad unitatem fit transitio. Nonne ratio esse subsistentis in Deo causat unitatem et illius explicat etiam gradum perfectionis? Utique. Recensus fit ex esse subsistente ad unitatem dupliciter: scilicet, indirecte ex infinitate et ex simplicitate; directe autem et immediate ex ipsa ratione esse subsistentis. quia esse subsistens est etiam causa infinitatis et simplicitatis est proinde causa unitatis eodem modo. Unitas est essentia divisionis. Carentia autem divisionis non est carentia compositionis, propterea unitas non est simplicitas. Quoniam duplex datur unitas: unitas compositionis et unitas simplicitatis. Ubi autem datur compositio, non datur simplicitas. Sed quomodo fiat istud? Hoc est quoniam unitas pendet de ente: nihil est nisi formalitas seu proprietas entis seu nihil est nisi ipsum ens prout suscitatur ut constans negative divisionem. Propterea ligata est cum esse, invenitur post ens et cum eo tantum. Simplicitas autem non solum de ens sed etiam de principia entis esse extendit: actus et potentia, essentia et existentia. Ergo ubi datur unum esse datur unitas; ubi vero unum principium, simplicitas. Propterea videmus quod simplicitas inveniri potest ratione imperfectionis, si est ex parte principii imperfecti et ratione perfectionis, si est ex parte principii perfecti. Unitas autem semper dicit perfectionem. Id reuera habetur aliquid unum quod non est perfectum - puta

unitas compositi- hoc non invenitur ratione unitatis sed ab alio capite; imo, perfectio illius entis provenit ex hoc quod est unum, quia est unum ex hoc quod est ens. Quoad unitatem divinam questio duplex est, scilicet: utrum ab esse subsistente concludi potest quod Deus est unum seu unicum id est quod non sunt plures dii, et utrum ab esse subsistente concludi potest quod Deus est unum individuum seu quod separatur ab omnibus aliis entibus.

Secunda responsio infra probabitur: est idem enim ac quaestio: utrum esse subsistens sit ratio distinctiva Dei, quae est tertia pars nostrae minoris.

Prima autem solutio pro nunc sufficit. Unitas divina omnino fundatur in esse divino sicut omnis unitas fundatur in esse. Sicut ens se habet ut quasi-causa ad unum quod est sua proprietas, in esse divinum se habet ut quasi-causa ad suam unitatem. Modus autem unitatis sequitur modum essendi. Deus autem est ens in tota plenitudine entis, ergo etiam est secundum plenitudinem unitatis seu ipsa unitas. Respicit Deus divisionem, quia essentia ejus participari nequit. Ubi enim datur participatio, id quod participatur est ratio formalis, non autem esse. Petrus et Paulus participant rationem humanitatis sed gaudent esse diverso: Petrus et Paulus habent eandem rationem formalem, non vero idem esse. Esse subsistens autem est suum esse, seu essentia esse subsistentis est ipsum esse. Ergo non participari potest secundum essentiam quin participaretur secundum esse; ergo non participari potest: et ex hac ipsa ratione quod est ipsummet esse. Et amplius? Manifestum est in creaturis quod unusquisque habet unum esse tantum; ergo a fortiori in Deo; si autem esse divinum est idem ac sua essentia ergo non datur duae essentiae divinae et iterum ex hoc capite identitas inter essentiam et existentiam fundat unitatem.

Esse subsistens fundat unitatem indirecte, scilicet mediante infinitatis et simplicitatis. Mediante quidem infinitatis in perfectione. Esse subsistens in ratione perfectionis nullis terminis gaudet. Si sint plures dii

necessario sint diversi videlicet unus non esset alius. Si autem diversi sunt, inveniretur aliquid quod illi conveniret huic autem deesset et vice versa. Omnis ratio ex qua constitueretur diversitas unus ab altero deesset altero. Ergo unicuique deesset aliquibus perfectionibus scilicet perfectionibus quibus ceteri constituerentur. Et per consequens unusquisque imperfectus esset; ergo non esset Deus. Ergo esse subsistens est causa remota propter quam plures deos esse recusant. Repugnancia autem pluralitatis deorum idem est ac unitas Dei, ergo unitas divina semper venit ab esse subsistente. Tandem: esse subsistens fundat unitatem divinam mediante simplicitatis. Reperta in Deo simplicitate supradicta, non imperfectionis sed perfectionis scilicet ex parte formae, et non solum secundum-quid sed simpliciter, immediate inferitur quod in eo est unitas maxima. Ad hoc autem demonstrandum sic datur processus. Id unde aliquid fit singulare non communicatur cum altero secus destrahitur singularitatem quae idem sonat ac incommunicabilitas. Manifestum est enim quod id ex quo Petrus est homo communicatur cum altero homine, sed id ex quo Petrus est hic homo, seu id ex quo Petrus est Petrus, non communicari potest, et ipsi soli Petro convenit. Si Petrus esset Petrus per id quod est homo, humanitas non posset communicari, esset sicut Petreitas. Hoc autem invenitur in Deo; nam, uti diximus et probavimus supra, Deitas ac Deus sunt omnino idem, id "quo" Deus est Deus et id "quo" est hic Deus sunt omnino idem. Ergo esse subsistens ex ipsa sua ratione cum altero communicari nequit: et ex omni parte esse subsistens fundat unitatem.

4o, Esse subsistens est etiam ratio explicativa immutabilitatis atque aeternitatis divinae.

Immutabilitas quidem. Nonne ratio haec sequitur esse subsistens? Quid peius immutabilitatis in nostro aetatis tempore ubi velocitas adoratur? Verbum videtur impossibile, sed res non est ea nigra. Immutabilitas quaedam pejorativa est sed non omnis immutabilitas. Immutabilitas ex indolen-

tia et inactivitate, imperfectio est, sed immutabilitas ex activitate eminentissima, activitas tam magna quam semper est actu, semper sub tota sua virtute exhibitur, est vera perfectio et inter eam et aliam est maximum discrimen, sicut inter quies ex labore et quies ex pigritia. Immutabilitas perfectionis seu inactivitatis repugnat Deo omnium motori. Altera autem dimanat ex esse subsistente quod nihil aliud dicit quam perfectio maxima. Immutabilis est res illa in qua mutatio non fit. Mutatio autem est transitus de potentia ad actum, est corruptio unius forme et generatio alterius in aliquo subjecto. Esse subsistens non potest subire transitionem hanc quia est actus actorum seu actus ultimus, seu potius actus purus: et in omni mutatione requiritur potentia. Mutatio enim fit ex hoc quod terminus a quo potest esse terminus ad quem. Hoc autem impeditur ex duplici capite: Aut quia yam est terminus, aut quia ad eum attingendum capacitatem non habet. Scilicet transit ad terminum quia hic et nunc non est in termino et quia potest eum attingere. Sed hoc repugnat esse subsistenti quia, ut actus ultimus, ad alium actum ordinari nequit: et ut actus actuum, nullo modo actuari potest, jam in eo est plenitudo actualitatis, quia, quatenus actus purus est, potentia obumbrari nequit, est actus tantum. Ergo, esse subsistens causat immobilitatem.

Aeternitas autem est solummodo immobilitas quoad durationem. Aeternus ille est qui non habet initium neque finem. Quomodo hoc fieri potest, nisi ex hoc quod non datur successio sed tota simul possessio durationis; ex hoc quod duratio aeternitatis caret partibus et, sicut omne simplex, corrupti nequit. Duratio habet partes ubi datur praeteritum, futurum, et eorum medium quod est nunc. Duratio autem sine partibus est ea in qua solum habetur nunc. Esse subsistens est ratio hujus permanentiae. Quia modus durationis sequitur modum essendi. Nihil est enim duratio nisi existentia continuata. Sicut igitur possidetur esse ita et duratio. Nam esse duratione gaudet in quantum non limitatur. Esse quod non limitatur neque ab intrinseco - quia est

plenitudo essendi- neque ab extrinseco -quia in nullo recipitur- duratione sine limitatione gaudet,ideo mensurari non potest.Sicut modus essendi,ita modus durationis est absque limitibus. Non enim praebet fundamentum ad distinguendum in eo: id quod erat et id quod est; semper est idem: totum est esse. Sicut nullum esse acquisivit nullum esse recipiet. Nullum datur fundamentum ad distinctionem illius nunc et istius; nam nunc aeternitatis diversum est a nunc temporis ex hoc quod nunc temporis fluit et nunc aeternitatis stat. Sicut vita nostra quotidie multipliciter dividitur:nunc somni non est nunc vigiliae,momentum laborandi non est momentum orandi,neque hora flendi hora ridendi; neque instans incipiendi instans terminandi,aeternitas est omnium horarum praesentia tota simul in quodam nunc perfectissimo quod perdurat semper. Haec autem omnia non reducuntur in uno ex hoc quod caetera rejiciuntur scilicet,Deus non est aeternus quia est semper laborans tantum,aut semper orans,aut semper operans,aut semper quiescens,sei quia omnes perfectiones essendi in esse subsistente simul congregantur in unum: quod est tota plenitudo essendi. Sicut omnes perfectiones illae desiderantur propter requiem in eis,ita quando simul continentur,requiritur requies. Plenitudo essendi non sit plenitudo essendi cit in uno momento aliquid deesset illi; ergo,factum perdurationis in Deo est corollarium esse subsistentis,est esse subsistens prout sub aliquo respectu sumitur omnino explicatur per illud,et illud respicit sicut attributum respicit essentiam.

56, Esse subsistens est in summo cognitionis.

Tunc esse subsistens est ratio explicativa non solum omni perfectione in genere sed speciatim infinitatis,simplicitatis et unitatis,immutabilitatis ac aeternitatis. Sed haec perfectiones in ordine tantum statico dimanant ex esse subsistente: sunt enim aliae multae perfectiones divinae quae operativas sunt seu quae dimanant ex esse subsistente prout in ordine dynamico sumitur. Sicut omnem perfectionem essendi,ita omnem perfectionem operan-

di continet. Nam operatio est perfectio quaedam - omnis agens ex hoc quod est in actu agit - et prout perfectio locum invenit in omni perfectione esse subsistentis. Si autem omne agens agit in quantum est actu esse subsistens quod est in summo actualitatis est summum operans et ideo natura sua non tantum est principium operandi sed ipsa-met operatio, ergo non indiget principiis supradictis seu facultatibus sed per se-met substantiam immediate agit. Uno verbo, ejus operatio est ipsa-met operatio essendi in tota sua amplitudine sumpta, quae sit illa operatio? nam illa quae invenitur apud rem quae perfectione essendi tantum gaudet? Non! Sicut enim diximus supra, in participantibus perfectiones non se habent sicut et in subsistentibus. Esse prout participatum minimum est inter perfectiones. Esse vero subsistens seu imparticipatum est summitas perfectionum. Ex hac ipsa ratione operatio esse subsistentis differt ab operatione esse participati. Falsitas enim operationis hujus venit a ratione qua participatur, gravitatio est operatio lapidis quia esse ejus est esse a corpore participatum et proprietas corporis est pondus et inclinatio ponderis. Falsitas vero esse subsistentis a seipso venit ac emanat. Non est etiam sensatio quia sensatio est operatio organi in quo necessario in est. Deus autem non habet corpus. Una tantum operatio creaturum emanat ex esse subsistente scilicet intellectio. Intellectio enim est quodammodo operatio essendi. Intellectus, ut diximus saepe, est facultas quae legit in intimis rerum, est facultas quae reperit ens, quae fertur ad quidditatem, ratio explicativam rei, seu rationem essendi. Si autem non terminatur ad ens simpliciter hoc ponit a natura cujus est facultas. Si loco entis in tota sua latitudine, modum quendam essendi tantum habent, ratio est quia natura subjecti non est ens in tota sua latitudine, sed modus essendi tantum, et ideo sua propensio ad ens ex seipso limitatur. Sed si essentia est ipsum esse operatio intellectiva est in summo. Et sic esse subsistens est in summo cognitionis. Ex sua perfectissima actualitate omnimodo plenitudinem

cognitionis realizat. Cognitionis enim est actio essendi immaterialiter et habetur secundum gradum immaterialitatis. Esse subsistens est maximum immateriale -immateriale est ex hoc quod cum materia non communicat neque in essendo neque in operando-, immateriale est adhuc ex hoc quod est absque receptione: est subsistens seu irreceptum, absque limitibus, absque potentia, quae est quasi-materia spiritualis. Cui enim non est pura potentia atamen realis potentia est et omnes proprietates potentiae exercet. Esse subsistens est immaterialitas perfectissima et ideo est ipsa-met actus essendi immaterialiter, quae est definitio cognitionis. Esse subsistens igitur est summum cognoscens et simul summum cognitum, quia non cognoscit per speciem intentionalem superadditam. Forma intentionalis est in eo ipsamet forma naturalis, actus suae cognitionis est ipsamet actus essendi. Per operationem igitur divinam nihil acquiritur, nihil admissitur. Praeter enim esse subsistens nihil reperitur, sicut est ratio ultima in ordine essendi ita in ordine operandi, quia est esse subsistens est immaterialitas subsistens et summum cognoscens;; quia est esse subsistens, seu actus essendi subsistens, est intellectio subsistens i.e. intellectio quae non est esse intentionale sed esse naturae. Ubi enim possessio entis est intentionalis tantum hoc procedit a subjecto a quo possidetur; ubi vero subjectum quod ejus possidet est ipsum ens, ipsamet possessio entis subsistit: quae nihil aliud est nisi intellectio. Ergo esse subsistens est ratio ultima explicativa cognitionis divinae et intelligere subsistens est tantum explicatio quaedam quae implicatur in ratione esse subsistentis.

His autem positis, constat quomodo esse subsistens sit ipsamet veritas. Veritas est adaequatio inter esse cognitum et esse reale. Vicatur ontologica si res adaequatur cum intellectu a quo pendet seu cum esse cognito exemplario. Dicitur logica si, e converso cognitio a re censuratur causaturque, seu si intellectus adaequatur cum re. Esse subsistens omnimodo est veritas; quia ens

suum naturale est simul esse cognitionis, seu forma essendi est ipsa met forma intelligendi. Nulla enim est adaequatio perfectior quam identificatio; atqui esse subsistens subjectum cognoscens et esse subsistens objectum cognitum est omnino unum et idem. Ergo in utroque sensu esse subsistens est summum veritatis. Est perfectissima veritas ontologica quia identificatur res cum intellectu a qua concipitur, perfectissima etiam veritas logica quia identificatur intellectus cum re a qua specificatur et quasi-mensuratur.

Ad immediate sequitur quod a nullis ceteris comprehendendi potest. Si veritas ejus identificatur cum sua essentia, quomodo extra eum salvari possit perfecta adaequatio cum eo? Omnis veritas praeter eum est veritas participata, et ideo cum veritate divina adaequatur ad modum capacitatis sui subjecti. Ex parte veritatis ontologicae, nulli inveniri potest essentia tam nobilis quae perfecte representet capacitatem intellectus divini. Nam intellectus divinus solum ab essentia divina mensuratur. Et si essentia ulla eam comprehenderet esset quoque divina. Ex parte autem veritatis logicae similiter convenit, quia si intellectus quilibet perfecte cognosceret Deum sicut ipse seipsum cognoscit eadem amplitudine quateret divinae essentiae et per consequens esset intellectus divinus et identificaretur cum divina essentia. Ergo esse subsistens ex ratione sua patitur inaequalitatem in sciendo et incomprehensibilitatem in cognoscendo. quia autem comprehensibilitas divina idem sonat ac ejus cognitio directa, nullo intercedente medio quae vocatur intuitiva cognitio seu visio, ex hoc quod Deus est incomprehensibilis est etiam invisibilis viribus naturalibus.

His dictis, manifestum est, et quidem per rationem a priori quod a posteriori asseruimus in principio dicens quod via ad Deum cognoscendum fit per creaturam: quod etiam in nulla essentia creata revelatur Deus abscutit est in seipso et propterea, quod inventis omnibus revelatis in rebus non amplius quaeritur. Nam si veritas divina conati sumus affirmare ejus

invisibilitatem et incomprehensibilitatem, non omnis cognitio negatur. Ex hoc quod Deus veritas hujusmodi est, manifestum est quod quodammodo se est maximum cognoscibile; quoad nos etiam sed secundum modum nostrae naturae. Apparet ut ratio ultima explicativa essentialium omnium a quibus mens nostra specificatur, ideo ejus cognitio quiescit intellectum et introducit nos in nostram naturalem beatitudinem. Itaque esse subsistens nobis habet rationem finis ultimi.

Esse subsistens est etiam in summo gradu vitalis. Nam vita analogice se habet ad culta. Generaliter est motio sui seu actio quae dimanat a principio intrinseco subjecti. Vivens est illud quod suo sponte agit, quod seipsum ad perfectionem ducit. Lapis non est vivens quia est tantum mobilis sed non movens. Planta gradu quodam vitali gaudet quia seipsum movet, nutrit, sanat ac perficit. Cognoscens est vivens quia sese movet et non tantum secundum suam propriam formam et inclinationem sed etiam secundum formam apprehensam et inclinationem elicitem et propterea vivit dupliciter. Duplīciter quidem vivit quia sese dupliciter perficit, seu per duplicem actionem quarum una transiens est et terminatur ad extra, altera vero immanens et remanet seu sistit in ipso f. cultato. Actio immanens autem duplex est videlicet sensatio ac intellectio. Et haec ultima vita perfectior est quia dimanat ex principio motus intrinseco. Principium enim viventis intellectivi non tantum est principium executionis motus, nec etiam forma specificativa motus, sed electio seu finalizatio hujus formae specificativae. Ideo maxima indifferentis est seu maxima independens a caeteris seu maxima a se tantum, maximum est principium sui motionis, maximum est vita. Jamvero videmus quod esse subsistens est intelligens in summo perfectionis intelligendi; ergo vita intellectiva gaudet modo eminentissimo. Sicut sua natura est ipsum ejus ~~vita~~ intelligere ita est ipsum suum vivere; sicut est intellectio subsistens ita vita subsistens, seu est vivens in quo nulla habetur distinctio principii et

principiati,finalizantis ac finalizati. Vita ejus non fit ad modum creati, idest,non est transitus de potentia ad actum,de minori perfectione ad majorem non sit per motum,sed ipsa perfectio tota simul possessa,ipsum incrementum statim totaliter realizatum. Aliis verbis,actus vitalis creati est partim in potentia partim in actu,actus autem vitalis in creati est actus purus,ideo est ipsa vita subsistens. Sed hoc fulget melius per explicationem ceterarum divinarum activitatum quae,sunt velle et efficere.

De, Esse subsistens est ratio summae volitionis.

Ubi enim datur forma intellectiva statim habetur appetitus intellectivus,potus autem illud nihil aliud est quam voluntas. Sed quomodo salvatur inclinatio hanc in esse subsistente? Nam omnimodo regulatur super formam quam sequitur.Increaturis non fit difficultas quia forma apprehensa est ens intentionale tantum seu ens in tendentia,ens separatum a sua natura et ad eam consequenter tendens; Inclinatio fit in eadem linea et habetur amor circa rem. Postquam anima fit ipsamet forma alicujus rei per intellectionem,eandem anima inclinatur ad esse naturale ejusdem rei tanquam ad bonum seu ad rationem perficiendam. Perfectio enim esse intentionalis est esse secundum naturam. Esse autem subsistens intellectione sua non fit sed seipsum est. Propterea adhuc inclinari ad rationem quamdam perfectentem nequit. Nonne ratio esse subsistentis opponitur rationi volitionis? Sed contra est quod: velle est perfectio cujus praesentia vellet est una absentia et quaecunque perfectio est in esse subsistente quod est esse perfectio subsistens. ideo ex alia parte quaeritur ratio volitionis in eo: non descendit a volitione ad esse, sed ad esse ad volitionem. Aliis verbis,velle est in Deo sed prout velle esse subsistentis,scilicet Deus vult sed ad modum entis cujus natura est esse. Est velle sui-generis seu velle divinum ex esse subsistente. Sicut diximus de ratione intelligendi,ita dicitur de ratione volendi. Sicut esse subsistens intelligit ex hoc quod est,seu ex hoc quod essentia sua est ipsa

intellectio, ita vult ex hoc quod est sua essentia sua est ipsa et volitio. Quodcumque enim volens vult secundum naturam suam, et secundum amplitudinem suae naturae. Natura hominis rationalitas est; ergo homo vult secundum amplitudinem suae rationis et, sicuti diximus supra, ex hoc quod terminatur intellectus suus ad esse simpliciter sed modo secundum-quid, vult esse simpliciter cujus Deus est realizatio, sed vult secundum-quid id est, in quantum possideri potest per virtutem suae naturae, in quantum haberi potest quia peccat natura volentis, sed solum ad ultimam suam perfectionem duceretur. Anima separata autem vult Deum sed modo perfectiori, quia per eam cognosci potest non solum in quantum continetur in quidditate corporali sed in quidditate spiritali, quae est speculum lucidius. Propterea fuerunt homines qui ad Deum melius possidendum desideraverunt dissolvi et corrumpi propter nimiam inventionem perfectionis, ideo propter nimiam suam conservationem in esse. Sed in utroque casu volitio hominis est tentatio et inclinatio ad extra. Cur res se habeat taliter nisi quia natura hominis est aliquomodo relativa i.e. non provenit a se, non fit propter se, sed pendet a Deo et fit propter Deum. Propterea inclinatio ejus causat motum in rem cujus gratia inclinatio fit et est transitus de potentia ad actum. Esse subsistens vero ex natura sua est actus purus seu actus ultimus, ergo ad nullum actum adhuc inclinari potest. Ex hoc tamen non destruitur velle sed perficitur. Nam si velle seu amor resultat ex hoc quod habetur vel haberi potest perfectio, ubi est perfectio subsistens adest velle subsistens. Et hoc velle nihil aliud erit nisi ipsa perfectio essendi in sua plenitudine inventa. Et ideo velle divinum nullam perfectionem addit esse ejus sed evolvit rationem in suavitatem sua latitudine contenta. Et id Sicut intellectio divina est esse divinum prout magis contractatur ad ordinem possessionis immaterialis, ita ejus volitio est esse divinum prout magis sumitur in ordine perfectionis. Uterque sunt modi essendi, qui si adveniunt in quodam esse limitato perfec-

tionem ejus augent quia hoc subjectum ordinant ad essendum adhuc; Si autem reperiuntur in esse imparticipato, in esse illimitato seu in esse subsistente, sunt formalitates quondam ac quasi-contractiones illius, quae explicare possunt eo analizzato, quia in eminentia ejus ad modum illius impliciti continentur.

Post haec omnia estus necessarium explicare quomodo esse subsistens est ratio bonitatis subsistentis? Bonum enim idem sonat ac perfectio. Aliquid bonum dicitur propter suam rationem perfectivam. Perfectio autem fluit ex hoc quod ens est actu. Propterea quodcumque ens actu est bonum sub illo respectu quo est actu et consequenter omne ens est bonum. Bonum est proinde proprietas entis, bonum est ens prout sumitur ut perfectivum et dicit rationem appetibilitatis. Unde ex hoc quod Deus est ens immediate sequitur quod est bonum. Sed ab esse subsistente multo magis revelatur, scilicet: non tantum constat quod Deus est bonum sed bonum per essentiam. Perfectio alicujus rei tripliciter adventit. Primo, per hoc quod in suo esse constituitur, secundo, per hoc quod quidditati illius superveniunt accidentia ut praerequisita ad operandum; tertio, per hoc quod aliud attingit tanquam perfectivum sui. In Deo autem, prout est esse subsistens, ipsa ratio sua constitutiva in esse est actus ultimus et consequenter nihil postea recipit. Non potest suscipere accidentia quia accidentia sunt actualitater quaedam, et non caret actualitate. Non potest terminari in aliud tanquam in perfectivum suae naturae, quia naturae illae nihil deest, non se habet ad actum ultimum quia est ipsemet actus ultimus. Actus enim ultimus est esse, et Deus est ipsummet esse subsistens; ergo per suam naturam et in sua essentia clauditur tota sua bonitas; ergo est bonitas per essentiam: et hoc semper quia est esse subsistens. In hanc autem bonitatem fertur velle Divinum: Simul clauduntur in ipsamet ratione perfectionis quae est esse. His autem dictis, patet quod Deus est bonitas subsistens et nihil ei deest in ratione bonitatis. Nam sicut veritas, bonitas dupliciter invenitur. Habetur bonitas ontologica et bonitas

appetitus. Illa est bonitas quae dicitur de rebus in quantum habent vim perfectivum; haec, ut patet ex nomine, dicitur de appetitu in quantum fertur ad rem bonam et in ea quiescit. Bonitas divina est simul et bonitas ontologica per essentiam et bonitas appetitus. Nam in eo bonum volitum et subiectum volens unum et idem sunt: quod est perfectio subsistens. Voluntas non solum specificatur a perfectione divina volenda sed etiam cum ea omnino identificatur. Similiter bonum non solum appetibile est voluntate sed actu possessum et circa cum ea identificatum formaliter. Propterea actus imperfectus repugnat voluntati increatae. Repugnat desiderium; quia est carentia possessione: quatenus fertur in objecto absente. Repugnat odium quia omne nocivum ab eo elongatur. Actus divinae voluntatis est igitur complacentia perfecta et maxima delectatio.

Esse subsistens est in summo audii ac beatitudinis. Primo quia beatitudo est perfectio et specialim perfectio quae resultat ex perfectione possessa: namvero omnis perfectio est in esse subsistente. Secundo quia beatitudo nihil aliud est quam bonum perfectum naturale intellectualis cujus est suam sufficientiam cognoscere in bono quod habet. In summo esse subsistens gaudet quia est summa perfectio eamque in summo intelligit; ergo semper fruitur in bono presenti. Imo esse subsistens est sua beatitudo nam beatitudo in stricto sensu accepta est ea quae provenit ex possessione summi boni seu finis ultimi; atqui esse subsistens est suus actus ultimus, ergo sua beatitudo, seu essentia ejus est beatitudo, est beatitudo per essentiam, beatitudo subsistens.

Sed in linea volitionis invenitur magis. Esse subsistens est adhuc in summo libertatis. Cur et quomodo? Esse subsistens, quatenus est totalis perfectio subsistens, essentia ejus est perfectio infinita et secundum multos modos imitari potest. Esse illuminatum continet virtualiter infinitudinem modorum essendi finitorum. Hi modi essendi vocantur essentiae possibiles, quae fundamentaliter sunt in essentia divina. Intellectus autem divinus qui essentiam divinam totaliter comprehendit ipso facto possibilia haec omnia

seu hae capacitates essendi intelligit eis quoque dat esse formaliter. Voluntas autem divina quae sequitur cognitionem ejus et fertur circa formam intellectam, dupliciter se habet et modo differenti: circa divinam essentiam strictam et circa capacitates essendi in ea repertas. Circa primam versatur necessario et nulla libertate gaudens; circa secundas vero non necessatur et in hoc sensu est libera. Non necessatur quia voluntas divina quae specificatur ad ipsam met plenitudinem bonitatis seu essendi non determinari potest a bono limitato seu a modo essendi limitato. Omnino indifferens est et si ad ea forte hoc est per nexum contingentiae tantum et nunquam per nexum necessitatis. Cum enim voluntas Dei sit sua essentia ab alio a se non moveri potest. Es entia enim ejus est esse subsistens quod est actus ultimus ad nullum actum ordinatum. Ergo a nullo alio a se ordinari potest ejus essentia et consequenter ejus voluntas. Ergo, est principium suae motionis in eis, seipsum determinat, est domina et princeps sui actus, et secundum beneplacitum agit: quod est gaudere libertate. Nam homo dicitur esse suorum actuum dominum ex hoc quod est liber. Si igitur voluntas Dei aliquemodo necessatur circa alia a se hoc est ex praecedenti determinatione libenter contracta, scilicet determinatur a decreto suo praevio sed non ad obiecto decreti illius: quod erat libenter volitum. Sed est difficultas ex parte actionis divinae.

Nam esse subsistens est actus simpliciter subsistens, libertas autem est facultas agentis vel non. Quomodo salvatur, dum esse subsistens necessario agit?

Responsio fit per distinctionem parvulam inter libertatem et libertatem. Certe libertas creata viget inter actum et subjectum agentem: est actuale dominium super actum; libertas autem divina est dominium super effectus. Libertas creata est actuale indifferentia ponendi actum quia creatura non est sua actio, suus actus, et proinde non tantum effectus stricte

dictus est fructus ejus, sed etiam actus. Aliis verbis, effectus creature est et actus et effectus. Propterea obiectum suae libertatis est actus. Esse subsistens autem, ut vidimus, est suus actus et sua operatio; ideo effectus ejus est solummodo effectus stricto sumptus; non autem late: qui est actus et effectus, et obiectum seu materia actus sui liberi est terminus, et indifferentia ejus est ad habendum terminum vel non. Essentia libertatis salvatur, modus tantum unita mutatur. Nam quid sit libertas nisi ne us contingens causalitatis quaedam: quia dominium actuale est dominium actus: dominium actus est dominium indispositione actualitatis: dispensatio autem actualitatis est idem ac causalitas. Ergo dominium activum circa rem aliquam est dominium causalitatis; nexus autem causalitatis est ad effectum; talis nexus illius, a taleitate effectus venit. Jamvero effectus in creatis et in Deo diversi sunt, ut vidimus, ergo salvatur nexus contingens seu essentia libertatis, quin conservetur modus: quod nihil aliud est nisi resultentia discrepantiae analogiae. In summe, ~~essentia-contingentia~~

Via autem ultimis duobus expositis, patet etiam quomodo in esse subsistente simul salvatur et summitas immutabilitatis et summitas libertatis. Si enim salvatur ratio actualitatis divinae etiam ratio suae actualitatis purae: id est, subsistentiae ad actum actus ultimi, quae est ratio divinae immutabilitatis. Nam se habere contingenter ad alia non includit imperfectionem in esse subsistente; quia ratio istius contingentiae non diminat ex parte sui sed ex parte obiecti quatenus est bonum sufficiens ad volitionem divinam necessitandam: id est, quod caret bonitate quia caret perfectione essendi, est solummodo modus essendi, ergo totus defectus ab illis est et non fertur necessario ad ea voluntas divina ex hoc capite tantum. Ergo deficientia removetur ab ea.

Sed nonne ex alio capite peccat? Nonne actus per quem esse subsistens fertur circa alia additur actui necessario quo fertur circa se? Ergo penitur

Duplex actus: ergo imperfectio. Hoc non est|quia si actus qui se habet ut dominum supra alia est actus purus essendi; non est actus alius quem actus volitionis necessarii. Ergo eidem actui datur duplex respectus seu nexus: necessarius ad se, contingens ad alia. Ergo ratio explicativa omnium in hoc ordine est ipsamet ratio esse subsistentis; et, si non penitur in radice, omnia destruntur sunt etenim omnia non nisi respectus diversi ejusdem perfectionis primarie et fundamentalis: sunt quasi multiplicata latera ejusdem lapidis angularis, quae est una et eadem semper: videlicet, Esse Subsistens.

70, Esse subsistens est in summo potentiae ac virtutis.

Esse subsistens, ut saepe diximus, est in summo actualionis, prout actus purus et actus ultimus, actus actuum omnium. Jamvero actualio haec est potentia activa, ac summus virtutis agendi. Agere enim sequitur esse, et quodcumque agens taliter est in quantum actuatur. Nam quid sit agere seu facere nisi habere actualionem; propterea in tantum actualio dispensari potest in quantum habetur. Et ideo quod est maximum actualizatum est maximum agens seu maxime ei competit esse principium activum. Non fiat tamen contentio in hac materia.

Nam si omne ens agit, non omne agit similimodo; sed secundum suam naturam. Alius agit per transitum de potentia ad actum; et agendo actualionem novam acquirit. Ille est qui non est principium primum cui agens: non habet facultatem agendi per suam essentiam sed ab alio participat et consequenter additur supra suam naturam. Alius vero agit sine transitu de potentia ad actum sine receptione nova actualitatis; et ille est agens primum, et agendi potestas inhibetur in suamet essentia. Hic est modus agendi esse subsistentis: quod prout perfectum, non actualizatur adhuc et prout irreceptum, est per suam essentiam. Si potestas dispensandi esse convenit omni agentis, a fortiori convenit esse subsistenti, nam quod est per aliud reducit ad

id quod est per se. Omne igitur quod esse disponent ex nomine seu ex thesauris alterius non est primum dispensator, et quod taliter agit est illud cuius essentia non est esse. Dispensare autem ex virtute illius cuius essentia est esse, quod est fons totius esse. Illud autem ex virtute suae plenitudinis essendi potens est. Quia autem ex-virtute-suae-plenitudi suum esse est ipsamet sua essentia, sua potentia est etiam sua essentia: est agens per essentiam, fons entis per essentiam, quia est esse per essentiam dispensat per suam propriam virtutem et ex suis propriis thesauris. Ex hoc etiam videri potest ad quid esse extendit potentia seu facultas agendi divina: quid sit limites suae capacitatis dispensationis. Unusquisque dispensat secundum suam naturam, in virtute veteris maximae: nemo dat quod non habet. Homo causat humanitatem, brutum facit brutum, vivens generat vivens. Esse subsistens autem cuius natura est esse nullis limitibus circumscribitur in potestate actu di-cendi. Amplitudo huius potestatis est ipsamet amplitudo entis; non est modus essendi quidam sed ipsamet actus essendi. Ergo effici potest a Deo quidquid continetur sub ratione entis. Est potens ex potentia ipsius esse ergo ex nihilo tantum limitatur: quod non est ei possibile. Sed hoc advenit quia impossibile in se est, seu intrinsece repugnat: quod implicat contradictionem, sicut circulus quadratus. Contradictio enim est positio et negatio ejusdem sub eodem respectu: quod est ejusdem naturae ut nihilum. Ergo ex ratione esse subsistentis omnipotentia Deo attribuitur.

Sed difficultas quaedam manet scilicet. Potentia quae est facultas executiva se habet ut ancilla intellectus ac voluntatis. Veretur enim circa actionem transeuntem, caeterae vero immanentem, et quidquid efficitur per agentem intelligentem antea intelligitur et velitur. Si autem potentia divina est ancilla illarum, est imperfecta, ergo esse subsistenti repugnat. Si, ex alia parte hac potentia opus est intellectui ac voluntati, sunt etiam illae imperfectae. Ergo ex utroque capite elongatur potentia ab esse subsistente.

Sed difficultas nihil destruit; imo explicat et confortat nostram doctrinam. Nam constat ex hac ratione quod potentia esse subsistentis non est potentia quaevis sed potentia quae convenit suae naturae, ei non attribuitur simpliciter ratio potentiae prout invenitur in creatis, sed prout fluit ex ratione ipsius esse subsistentis. Et iterum dici potest quod si non ex ratione esse subsistentis est, non explicari potest potentia sicut et omnia Dei attributa: quod est probatio nostrae sententiae: ex ratione esse subsistentis omnia explicantur, omnia justificantur, omnia clarificantur. Tunc, pro casu potentiae, patet quod habetur potentia in Deo, sed sui-generis; potentia secundum naturam esse subsistentis vel potentia a seipsa tantum pendens et ad se tantum ordinata: sicut actus purus et simpliciter ultimus. A se tantum pendet, quia est ipsam sui essentia, in se tantum fertur aliquomodo quia esse subsistens non immediate ad alia transit sed mediante sua essentia. Certo Deus non seipsum efficit, non fabricat suam essentiam, sed facit omnia mediante ea: et hoc non solum subjective, ex hoc quod operat per suam essentiam; sed objective, ex hoc quod nihil facit quin antea in sua essentia virtualiter sit. Per actionem suam diffundit in alia similitudinem suae essentiae, realizat capacitates in sua essentia inventas. Si autem res se habet taliter, manifestum est quod potentia esse subsistentis est eadem a concursus intellectus et voluntatis, seu intellectus practicus. Est enim intellectus ejus versari circa capacitates seu imitabiles suae essentiae, est autem voluntatis circa eas ferre decretum. Ideo ex ipso illo decreto, quod fit ex concursu intellectus et voluntatis habetur effectio -secus esset imperfectio in voluntate- et effectio illa est exercitium potentiae; ergo potentia ex hoc quod versatur circa objecta jam objective contenta in essentia esse subsistentis, identificatur cum intellectu et voluntate. Et ideo nulli imperfectione gaudet, et nullae imperfectionem in eis penit. Esse subsistens, omnipotens est ex hoc quod est summus intellectio-

nis volitionisque; et ad omnia entia sua potentia esse extendit quia fertur circa suas imitabilitates, quae non mensurantur nisi ab ipso esse. /

Quid insuper de potentia illa oportet illece? quid revelatur adhuc in illa linea ab esse subsistente? Esse subsistens habet potestatem creandi seu potentia ejus est potentia creatrix. quid sit potentia creatrix? est illa cujus effectus potest esse transitus non solum de potentia ad actum seu de non esse formae ad ejus esse, sed de non-esse simpliciter ad esse, ex nihilo ad ens; potentia quae agit nulla supponit materiam sed ex ipsa suae substantiae perfectione ac plenitudine. Potentia autem, esse subsistens hujusmodi effectum ex se habet. Nam quid sit ejus effectus nisi esse. Si quodcumque agens agit secundum suam naturam, natura esse subsistentis est esse et ideo agit sub ratione entis. Omnia quae ab eo attinguntur sub hac ratione attinguntur. Jamvero quod agit sub ratione entis et non sub ratione tunc sit entis, ens simpliciter efficere potest. Sicut homo causat humanitatem, ita esse subsistens generat esse, et hoc primo et per se. Sed quia esse simpliciter subsistens extra eum non inveni potest, huic esse tribuenda est quidditas ulla, et consequenter, simul modum essendi ac-ens causat, actio divina fertur ad ens et ad modum essendi mediante esse. Ergo potest et operari transitionem de potentia ad actum et transitum de nihilo ad ens, nullo mediante subjecto, et hoc solum quia est esse subsistens, seu quia non agit in virtute alicujus quidditatis sed in ipsa virtute essendi. Imo, nullum esse surgit nisi ab ipso causaretur; effectus ejus est ens et ubi ens efficitur actio ejus adest.

His autem dictis, faciliter nunc deduci potest ex esse subsistente ubiquitas. Si ens est effectus esse subsistentis datur nexus inter esse subsistens et omnia quae esse gaudent: omne quod adest quia est eventus novi esse, omne quod conservatur quia conservatio est conotatio impulsus primarii, continuatio influxus creativi. Esse subsistens ideo est in omnibus per suam virtutem ac potentiam, quae unusquodque tangit ac sustinet;

per suam praesentiam, quia effectio ejus fit per intellectionem; per essentiam, quia tam potentia quam intellectus est essentia ejus. Ergo esse subsistens gaudet ubiquitate, non circumscribitur in loco ac spatio quodam, est immensus et transcendit mensuras quibus submittuntur unusquisque; et hoc, quia est Esse Subsistens.

Nunc Esse Subsistens nobis apparet tanquam summus ac culmen ex quo descendunt omnes perfectiones. Est verum fons hujus fluminis; ex analizatione ipsius fluent. In eo sistunt tanquam in subjecto cujus sunt aspectus diversi et quasi modi multiplices. Ab eo metaphysice causantur et secundum existentiam et secundum essentiam, et in quantum sunt et in quantum sunt tales.

Quia esse subsistens est Ipsum Esse, est ipsa infinitas, ipsa simplicitas, ipsa unitas, ipsa immutabilitas, ipsa aeternitas, ipsum intelligere, ipsa veritas, ipsum velle, ipsa bonitas, ipsa beatitudo, ipsa libertas, ipsa potentia ac immensitas.

Quia esse subsistens est ens per essentiam, est intelligens per essentiam volens per essentiam, verum per essentiam, bonum per essentiam et sic de omnibus.

Quia essentia esse subsistentis identificatur cum suo esse, ita intelligens lectus cum suo intelligere, voluntas cum suo velle, et sic de omnibus.

Quia esse est ejus substantia, ita omnes ejus perfectiones sua substantia.

Ergo Esse Subsistens est perfectio quae fulget tanquam ratio primaria ex explicativa omnium quae reperiuntur in Deo. Et idea patet minor nostra quodam secundum partem.

Ad tertiam nunc transimus.

.....

TERTIA PARS MINORIS-

Esse Subsistens est ratio distinctiva Dei ab omnibus caeteris entibus.

Non agitur de distinctione quacumque sed de distinctione radicali et primaria ex qua fluunt omnes alias distinctiones tanquam derivatas; de distinctione qua elongatur magis proximum et consequenter omnia procul. Quaestio est igitur: "num omnia distinguuntur a Deo quia non sunt suum esse, seu quia in eis habetur compositio realis essentiae et esse." Num haec ratio capitalis est? Apud ea et sicut esse subsistens est radix omnia quae in Deo inveniuntur distinctio essentiae et esse est radix omnium quae inveniuntur in caeteris. Si/ enim hoc habetur, si compositio essentiae et esse, seu esse participatum est id quod ultimo constituuntur creaturae, manifestum est quod ultima nota distinctiva ab eis est esse subsistens.

Jamvero compositio illa revera est essentia metaphysica creaturae, revera est radix omnium proprietatum ejus: 1o, est radix 1o, ejus imperfectioris; 2o, finitatis; 3o, compositionis; 4o, multiplicitatis; 5o, mobilitatis; 6o, mensurabilitatis; 7o, defectus in operatione; 8o, in casualitate; 9o, in cognitione et in veritate; 10o, in volitione et bonitate.

1o, Compositio realis ex essentia et esse est radix omnia imperfectioris. Actus enim utpote perfectio, de se limitari nequit. Limitatio enim est defectus perfectionis: verbi gratia, sapientia limitata est sapientia cui aliquid deest in ratione sapientiae. Esse simul perfectio et imperfectio repugnat. Hoc est absurdum, adsonansque, est realis contradictio. Jamvero contradictio nunquam realizatur. Si proinde actus limitatur hoc est quia ad ultimum actum se habet ut potentia, non quia receditur in aliquo subjecto limitato, et propterea est ad modum actionis subjecti. Jamvero actus essendi qui constituitur ens est esse, et, de se, ad nullum ordinatur, est actus ultimus. Propterea nullam imperfectionem involvit. Si igitur invenitur limitatum,

hoc est propter receptionem in aliquo subjecto. Subjectum autem seu potentia in ordine entis est essentia seu modus essendi, seu capacitas realis ad essendum. Non est pura potentia sed actu quodam gaudet, qui vocatur actus formalis, et qui nihil aliud est nisi determinatio quoad modum participandi esse. Ergo sicut omnis actus limitatur a potentia, ita actus essendi limitatur ab essentia. Imperfectio autem quae ex hac mixtione resultat est ipsa imperfectio entis prout ens est; unde manifestum est quod si, ex constitutione naturae suae, ens quandam imperfectionem involvit, a fortiori in omnibus proprietatibus quae dimanant ex-natura illa. Ergo compositio essentiae et esse seu potentiae et actus in ordine entis, est radix omnis imperfectio- nis. Ex hoc enim quod esse recipitur, statim suam perfectionem perdit. Etsi enim recte dicitur: omne esse subsistens est intelligens, volens, potens, etc, non recte dicitur: omne ens est intelligens, volens, potens, etc. Quia ens creatum non invenitur secundum suam rationem, est volens vel intelligens si conjungitur cum quidditate intelligentis vel volentis. Si non, hoc non invenitur. Non amplius plenitudinem suae perfectionis necessario continet nam omne quod ei convenit mensuratur ab essentia in qua recipitur. Propterea con- nexio cum essentia illa est radix limitationis rationis entis. Ergo patet quod, saltem in hoc ordine, subsistentia actus essendi se habet ut ratio ab- solute distinctiva creati ac increati, Dei ac creaturae.

2o, Quod autem dicitur circa imperfectionem in genere idem propter rationem finitatis, quia invenitur in omni ente creato. Ens creatum habet fines, finitur seu clauditur in ratione quodam et non est plenitudo essendi, quia componitur ex essentia et esse, et, potius, quia de se est tan- tum respectus seu capacitas essendi. Quae sit ista finis nisi quod esse est extra fines suae naturae. Fines seu terminus est id quod incipit ac termi- nat rem aliquam. Res finita habet principium ac finem scilicet: circumscri- bitur causis, tenetur extrinsece in esse, est de se solummodo participatio ac

facies essendi, et extra se ens se extendit in infinitum. Uno verbo, finita est res quia esse non est sua essentia sed extra eam et hoc esse dat existentiam suae essentiae: quod est habere compositum unum entitativum seu compositionem ex essentia et esse. Finitas creaturarum est esse tantum, si spiritualis est, sed adhuc habet fines magis parvos si creatura est corporalis. Nam sicut esse se habet ad essentiam, scilicet, essentia est quasi fenestra per quam esse ingreditur in naturam aliquam, ita materia se habet ad formam, seu actum formalem. Ex hoc quod potentia est in illo ordine, actus adhuc limitari potest ex ratione hujus potentiae. Sicut essentia spiritualis in ratione sua limitatur ad tale esse quia esse est extra eam. Ita individuum Paulus, in ratione sua limitatur ad talem essentiam; ita Paulus Paulus ex hoc quod non est humanitas -quia constituitur in sua Paulitate ex quadam materia individuali- et consequenter sub-mittitur tempori, loco, omnibus conditionibus materiae- non potest habere omnes qualitates Petri ac Vincenti et omnium hominum. Non potest esse ejusdem patriae ac omnes homines, ejusdem generationis, ejusdem saeculi, ejusdem aetatis, etc. Finitas illa autem non directe attingit esse sed mediante essentia, cujus est limitatio. Ergo est habetur essentia magis limitata, et ex hac ratione, esse magis limitatum. Unde ex hoc patet quod semper et uniusque ultimatim finitas essendi radicatur in compositione essentiae et esse seu in reali distinctione essentiae et esse. Ergo ex parte finitatis recte ponitur esse per essentiam sicut ratio propria distinctiva creati ac increati, limitati ac illimitati, finiti ac infiniti, Dei ac creaturas.

10, Sed item est in ordine compositionis; nam radix prima ex qua oritur omnis compositio est compositio essentiae et esse. Creatura componitur physice multipliciter. Hoc est factum evidentiae. Habetur in entibus corporalibus compositio partium integralium, compositio substantiae et accidentium, compositio naturae et suppositi, compositio formae et materiae.

Jamvero omnes compositiones illae pendent ex compositione prima ac radicali in ordine physica compositione insius omnis seu essentiae et existentiae.

Compositio integralis quae ponitur pars extra partem, distinctio inter caput ac membra, pedem ac manum, sicut et compositio formae ac materiae, petit compositionem entitativam. Nam quantitas originatur a materia, sed materia limitat quidditatem, est principium individuationis; jam vero quidditas limitata non est ipsum esse, ergo exigit compositionem essentiae et esse.

Compositio materiae et formae supponit compositionem esse et essentiae quoniam non omnis forma cum materia uniri potest. Illa sola quae non est esse. Esse enim repugnat communicari materiae et esse habere sicut co-principium ejus - quod est ex ratione formae ordinatae ad ascendendum in materia - ergo, jam antequam materia communicatur, limitatio quaedam praevia haberi debet, et haec limitatio est limitatio essentiae, provenit ex hoc quod essentia non continet esse in sua ratione: quod est compositio essentiae et esse.

Compositio ex natura et suppositi viget inter essentiam illam quae non est sui subsistentia, cui substantiae subsistentia proinde superadditur quidditati ad modum alicujus extrinseci et ex quo adventu fit mixtio physica. Quod enim se tenet ex parte essentiae realiter est, quod autem se tenet ex parte subsistentiae etiam. Natura hominis, quae fit ex anima rationali et corpore organico individuali, est aliquid reale. Modus autem substantialis qui est terminus naturae realis, et qui constituit personam realem etiam realis est. Ergo ex duobus realitatibus habetur compositio secundum rem seu compositio realis, seu physica. Essentia autem ^{cui} quae aliquando superaddito deest ut constituatur in linea subsistentiae seu quod recipit subsistentiam ut aliquando aliquid distinctum, multo magis recipit esse ut aliquid distinctum a se; quia subsistentia praesupponitur ad ascendendum. Recepta enim existentia, nihil mutatur in natura: videlicet, natura ponitur tantum extra causas si-

enti erat antea. Ergo si post receptionem existentiae subsistit, jam antea erat subsistens. Ergo subsistentia praerequisita est actui essendi: ergo compositio quae viget inter naturam ac suppositum patit compositionem essentiae et esse.

Compositio autem substantiae et accidentium pendet etiam a compositione essentiae et esse. Ex ratione ipsius esse nihil recipitur, nihil perficitur; est enim actus ultimus in omni ordine. Si proinde aliuc aliquid advenit, hoc non est ex ratione esse sed ex ratione alius, et hoc aliud est quidditas rei. Homo potest habere actum intellectionis ex ipsa sua quidditate hominis: ex suo esse etiam quia est esse ad modum subjecti in quo est: sed non ex ratione ipsius esse simpliciter. Ergo compositio ex substantiae et accidentium radicatur in compositione essentiae et esse. Omnis compositio actus et potentiae in hac principia compositione reponitur. Nam actus actuum est esse, et non fit quaedam minima perditio actualitatis quin attingatur esse. Prima autem potentia qua ignis esse corrumpitur est potentia ad esse, quae est essentia. Ergo si non haberi potest compositio quaedam quin habeatur compositio actus et potentia in ordine essendi, non habetur compositio quin habeatur compositio essentiae et esse.

4o, Distinctio realis inter essentiam et esse fundat etiam omnem multiplicitatem. Certe id quod est ratio limitationis est etiam ratio multipliciter. Sed multiplicitas melius explicatur per participationem. Ita albedo si subsisteret non careret albedine, non inveniretur albedo extra se et consequenter esset unica. Multiplicitas non est compositibilis cum subsistentia alicujus rei: tam diu quam diu res subsistit in se, est unica. Si autem invenitur multiplex, hoc est quia recipitur in alio, multiplicatur ex materia in qua residet. Ita si ignis invenitur apud multa, hoc est quia recipitur, quia sunt multa ignita, quia se habet ut adiveniens alicui quidditatis. Similiter essentia hominis multiplex est quia participatur a multis hominibus

quia ligatur cum hac vel illa materia individuali et statim multiplicatur materialiter, ex ratione materiae quae jam extenditur, quae sese praebet ut fundamentum cuius partes jam sunt extra partes et inter se discrepant. Sicut enim, quomodo multiplicitas salvari possit? Nonne multiplicitas pluralitas est, et negatio unitatis? Sed pluralitas est diversitas, et diversitas est oppositio; ergo multiplicitas diversitatem commendat. Sed nam eadem res simul potest esse una ac multiplex, nam potest esse negatio sui, seu potest se habere ad seipsam tanquam res opposita? Hoc repugnat omnino. Ergo si invenitur oppositio in eadem ratione, si in eadem humanitate habetur diversitas humanitas - puta Paulus et Petrus - hoc non est ex ratione humanitatis sed ex alia ratione: ex hoc quod illa et hac unitate imbibitur, ex hoc quod unitur cum aliquo extrinseco et extraneo, et propterea, sic vestita, se habet ad aliam humanitatem aliter paritatem sicut opposita ad diversum. Ergo multiplicitas haec fit ex participatione et receptione ejusdem rationis in diversis subjectis. Esse se habet omnino partiter. Si proinde multiplicatur, et hoc manifestum est: sunt enim entia multa et multa, multiplicatio fit ex hoc quod diversimodè participatur, fit in virtute subjectorum multorum in quibus inest ad modum alicuius extrinseci et extranei; fit ex hoc quod habetur in unaqueque compositio essentiae et esse: quod proprium enim subjectum entis recipientis est essentia, ut patet ex ejus nomine, quia essentia est respectus ad esse. Omnis divisio ac multiplicatio seu participatio in hac divisione seu participatione prima replicatur. Quidquid enim participatur vel est esse vel modus quidam essendi. Si primum, participatio haec est ipsa divisio seu distinctio re ipsa essentiae et esse; si secundum, jam modus ille, prout modus essendi, supponit divisionem hanc. Ergo prima omnium scissio, prima fractio, prima separatio sine qua nulla habetur nec habui potest. Est fractio ipsius esse; et non minuitur actus nisi ipso facto actus essendi seu actus actuum. Ergo multiplicitas aequivaleret distinctioni essentiae et existentiae. Quia autem esse Subsistens est ratio summae unitatis, manifestum est quod in hoc ordine primum contrahens est compositio^{nis} essentiae et esse

Ergo iterum recte dicitur ratio distinctiva in hoc ordine et prima distinctiva quia opponitur primo distincto.

50, Sed distinctio realis illa est etiam radix mobilitatis. Motus enim est transitus de potentia ad actum: est actus entis in potentia prout in potentia. Ex qua definitione patet quod si non est summitas imperfectionis -quae est pura potentia prope nihilum- attamen ex natura sua non est verum ens, sed se tenet inter utroque. Est actus quidam si comparatur ad terminum "a quo" oritur, sed est potentia se reperitur ad terminum "ad quem" tendit. Et hoc necessario. Nam si actus ille secundum quid cui competit motui non esset ordinatus ad aliud, statim non haberetur motus, non haberetur fieri, sed factus esse: Non essemus in via sed in termino. Propterea manifeste est quod ens cuius motus est proprietas non est ens absolute perfectum seu absolute in actu. Imbibitur necessario potentia; ergo etiam prima potentia, quae est potentia entis, compositur ex essentia et esse. Sicut manifestum est quod habet relationem contingentem tantum cum unoquoque actu successivo ex quibus constituuntur gradus motus, ita cum ultimo actu quod erit terminus seu esse. Omne enim quod relinquitur erat ad eum adjacentis et supervenientis; atque per quemcumque gradum motus, forma quaedam parvula migrat et forma quaedam nova supervenit; ergo omnes sunt contingentes. Imo etiam prima illa qua constituebatur terminus a quo. Contingens erat et ad modum supervenientis quia corrupta est et ejus loco multae venerunt. In omnibus igitur mobilibus datur nexus contingentis cum esse. ultiolex autem est mutatio, : aut ~~physica~~ physica, aut metaphysica, quatenus esse quod corrumpitur vel acquiritur est aut ens totum aut pars solummodo. Physica autem adhuc duplex est scilicet: mutatur vel secundum esse simpliciter seu substantia -quae mutatio vocatur substantialis- vel secundum esse secundum quid seu accidentia -quae mutatio dicitur accidentalis-. Haec ultima adhuc dividitur in quantum versatur circa tria predicamenta seu modis ~~essendi~~ ~~diversas~~ / atque,

tam mutatio physica quam metaphysica tam mutatio substantialis quam accidentalis, originem ducit a compositione esse et essentiae. Hoc patet in mutatione metaphysica, quae non est aliud nisi corruptio entis. Corruptio autem possibilis est in quantum datur pluralitas. Corruptio enim est separatio: quomodo autem haberi possit si non dantur plura diversaque? Atqui in ordine entis compositio est compositio essentiae et esse quia essentia est potentia actus essendi. Ergo corruptio metaphysica supponit distinctionem realem inter esse et essentiam. Idem est de corruptione physica substantialis qua rejicitur forma et separatur a materia, ergo inest in hac materia ut aliquid distinctum ab ea. Forma vero quae in materia inest est forma jam limitata et susceptiva principii ad essendum, divisionem igitur priam supponit et compositionem e sentiae ac esse. Mutatio accidentalis etiam, quia ens quoddam se habet contingenter ad esse secundum-quid quia se habet contingenter ad esse simpliciter. Si enim ~~esset~~ ipsum esse non possit recipere esse adhuc; si autem non ~~est~~ esse et tamen esse ~~participat~~ est ens per participationem et primum subjectum in quo esse participatur est essentia. Ergo componitur ex essentia et esse.

De, His autem dictis, patet tunc quomodo mutabilitas entis creati mensurabilitatem et temporalitatem fundat. Duratio ejus mensurabilis est quia se habet contingenter ad nunc per quod habet esse actu. Tot nunc, tot momenta, tot esse particularia; ergo sicut ex multis antibus habetur mensura secundum prius ac posterius ita ex multis nunc habetur mensura secundum prius ac posterius, habetur pars et ratio partem quoad durationem: et hoc est tempus. Itaque recte scripsit Ecclesiastes, Spiritu Sancto inspirante: "Omnia tempus habent et suis spatiis transierunt universa sub caelo: tempus nascendi et tempus moriendi, tempus plantandi et tempus evellendi quod plantatum est, tempus occidendi et tempus erigendi, tempus destruendi et tempus aedificandi; tempus ridendi et tempus flendi, tempus plangendi et tem-

"pus saltandi,.....Tempus acquirendi et tempus perdendi, tempus dilectionis, et tempus odii, tempus belli et tempus pacis." Tot verba quot declarationes hujus veritatis: quod durationem, omnia radican- tur in distinctione essentiae et esse, tamquam in ratione prima explicativa. Ex hoc autem quod esse subsistens directe et immediate hanc distinctionem contradicit, ponitur in ratione propria distinctiva ab omnibus creatis. Sicut fines creati est distinctio realis, ita quasi-fines increati est identificatio inter essentiam et existentiam. Ergo esse subsistens est ratio distinctiva Dei, saltem in quantum ex supradictis videri potest.

7o, Sed num in aliquo alio ordine potest reperiri punctus distinctivus magis fundamentalis? num ex parte operationis discrimen melius manifestatur? hoc restat nobis explicare. Circa quam questionem nostrum propositum manet absolute; nam simpliciter affirmamus quod omnis distinctio quae viget inter Deum et creaturam ex parte operationis, radicitur in suprema ac fundamentali distinctione huius quae est distinctio essentiae et esse. Quaecumque convenit operationi entis creati radicitur in hac compositione primaria sicut et in essentia cuius est proprietas. His dictis, ad probationem statim venimus.

Primo manifestum est quod sicut receptio esse in subiecto est causa propter quam necesse affirmari possit quod esse continet omni- perfectionem. Nam statim ex hoc quod recipitur, contingit quod non ex virtute sua iudicatur sed ex virtute illius in quo inest- non attribuitur ei perfectio quae ex sua natura habere praeditum est, sed ei attribuitur perfectio sola quae convenit subiecto in quo residet. Ex hoc enim quod invenitur aliquid calidum non potest affirmari quod intensio eius est maxima seu intensio ignis, sed est tantum intensio huius quod est ignitum. Ex hoc quod creatura quaedam habet esse non concludi potest quod est omnino perfecta, sed tantum quod ei est perfectio ad modum suae naturae. Ita concluditur quod ex hoc

quod essentia quaedam recipit esse seu ex mixtione initiali esse et essentiae contingit quod ens illud non statim possedit totalem ac integram suam perfectionem. Sicut repugnat quod esse receptum sit totum ens, ita repugnat quod sit statim tota sua perfectio. Necessario indiget aliquid superadditum; nam esse prout taliter limitatum, aliquomodo est potentia, atqui potentia dicitur ad actum, est respectus ad aliquid suscipiendum; ergo hoc illi debetur, non in virtute habens esse quod ex se est actus ultimus, sed in virtute potentiae in qua esse recipitur. Et hoc desiderium essendi adhuc non frustatur, quoniam non est superpositum supra naturam sed ipsa est natura: est ipsa inclinatio naturae, quae si destrueretur, destrueretur etiam natura. Non potest substantia creata non tendere ad essendum adhuc, sicut actus primus ad actum secundum: ne quidem supernaturaliter, quia inhibetur in sua natura. Non effici potest substantia creata sine accidentibus. Quomodo enim definitur substantia? Nonne: id cui competit esse in se et non alio? Subsistentia autem cui convenit substantia creata non possibilis est sine concursu accidentium ejus. Spectat enim ad effectum primum ejus, et quidquid pertinet ad effectum primum alicujus rei semper salvatur in re nam si elongatur, ipsa res statim corrumpitur. Ergo necessario essentia creata ex hoc quod est limitata seu quod non est suum esse, immediate dicit ordinem ad alium actum connaturale sibi scilicet non statim invenitur in integra sua perfectione et potentia necessario eam attingit. Ergo non solum perfectio sua limitatur ad aliquam capacitatem perfectionis sed perfectio ejus componitur ex statu possessionis magis diminuto in principio, magis aucto in fine, ita ut sua perfectio adhuc in ordine realizationis fit secundum potentiam et actum aliis verbis. Non solum possidet perfectionem limitatam seu potentialitatem sed eam possidet potentiabiliter. Patet iterum quod compositio potentiae et actus in ordine essendi est radix omnis compositionis potentiae et actus. Sed quomodo illud fieri possit. Nonne omnis potentia gau-

det motu suo proprio. Atqui essentia est respectus ad esse et ab eo actualisatur tantum a tanquam a sua propria actualitione; ergo non est potentia in ordine accidentali.

Hoc verum est, et consequenter constat quod ad esse accidentale correspondet potentia accidentalis et illa potentia est radicata in substantia, et tam necessario quod ab ea separari non possit nisi substantia illa pereat. Illa sunt accidentia necessaria supra-dicta. etsi enim nunquam actuaretur, puta homo qui nunquam gauderet sua ratione, nunquam actuaretur in hoc ordine; attamen accidentia salvari possunt. Ergo distinctio essentiae et esse est ratio explicativa potentialitatis omnis substantiae in ordine accidentali. Sed haec potentialitas magis manifesta est in operatione ipsa, quatenus habetur distinctio realis inter subjectum agens et actionem ejus. Actio autem creaturae est vel immanens vel transiens. Transiens est illa cujus terminus est in alio seu quae fit propter perfectionem alterius. Immanens est illa cujus terminus est in ipso et subjecto agente seu quae fit propter perfectionem agentis. Atqui actio creata tam immanens quam transiens radicitur in distinctione reali inter essentiam et esse.

8o, Actio quidem transiens, quia est accidens superveniens substantiae. Non est tantum transmissio passi, sed etiam subjecti. Aliquid resultat ex ea in subjecto quod antea non erat. Habetur vel mutatio localis: si Petrus sedit aut surgit ex sede, aut currit, aut stat, acquirit novum ubi. Etiam resultat mutatio in vivente ex actione sua, si enim esse nutritur crescit, et si generat etiam affectatur ex actione generativa. Si novum ens illud est, constat quod erat potentia ad illud habendum, non transitus fit neque ex non-esse praecedente, neque ex esse futuro, sed ex potentia ad esse. Tam ergo pendet a potentia; et natura quae habet potentiam in hoc ordine non est suus actus ultimus, est potentia quae ad inventionem suae perfectionis: et si est potentia in aliquo ordine, certe componitur ex

et essentia et esse. Imo ex hac ratione potentia illa non est creatrix seu non attingit primo et per se ens sub ratione sua essendi, sed tantum sub ratione suae taleitatis; et ideo supponit subjectum praerequisitum tanquam materiam ad modificandum. Hoc est in virtute veteris maxime: nemo dat quod non habet. Si essentia creata non est ipsum esse, non continet plenitudinem essendi ergo non potest illam dare aliqui, non potest ferre in ens sub ratione entis, et dare esse; nam ubi datur ratio entis etiam datur aliquomodo ratio entis simpliciter. Unumquodque enim ens eo habet ad esse sicut ens simpliciter. Ergo actio creata limitata est et fertur ad taleitatem rei, modificat tantum et non creat quia creatura componitur ex essentia et esse. Non potest accipi ratio creatoris et non creatoris ut prius distinctivum inter Deum ac creaturam: hoc est ratio derivata, est discrimen secundarium. Discrimen autem primum est radix huius modi actionis quae est compositio, ex una parte; identificatio, ex altera parte, in ordine essendi. Quid melius addi possit ex ratione causalitatis creatae nisi quod ipsa causalitas creata non tantum quoad modum suae causalitatis seu quoad limitationem perfectionis sui modi causandi, pendet a differentia inter essentiam et esse, sed etiam quoad realizationem suam ejus, sicut diximus quod ex hoc quod essentia creata limitatur in sua perfectione, statim limitatur in realizatione suae perfectionis, ita dicimus modo quod ex hoc quod creatura componitur ex essentia et esse continet quod sua actio realisatur potestentim: actio limitatur et quoad modum et quoad realizationem, gaudet potentialitate in operando et hac perfectione operativa gaudet potentialiter. Causa creata non est sua causalitas, scilicet, etsi est causa in actu primo indiget promoveri et recipere influxum ad transitionem in actum secundum causalitatis. Hoc fluit ac dimanat ex ipsis supra-dictis. Si enim creatura est in potentia ad agendum, anteceleriter ad agendum determinanda est. Motio autem illa ex seipsa fluere sequit quia nemo dat quod non habet. Si haberet eam non esset in potentia, ergo indigebat

motione praevia vel agenda. Quando causat simul aliquomodo causatur. Ergo in sua causalitate habetur momentum prius ac/ momentum posterius, per totum realizatur, seu realizatur modo imperfecto. Habetur causalitas et postea ejus actuationem ergo etiam causalitas in statu imperfectionis: et hoc semper pendet ex distinctione antecedenti ut patet ex processu supradicto.

9o. Haec de actione transiente. Quod autem actionem immanentem res similiter se habet. Actiones immanentes sunt vel cognoscitivae vel appetitivae. In utraque causa tam eorum essentia quam eorum realisatio consequitur compositionem esse et essentia ad modum proprietatis.

Primo actio cognoscitiva, quae iterum duplex est: sensitio et intellectio. Sensatio est cognitio quae fertur circa singularia prout singularia; quia est facultas quae residet in organo quodam et organum materiale est. Omnis autem cognitio ex materialitate provenit non est possessio immaterialis alicujus formae. Jamvero quod gaudet immaterialitate necessario residente in materia possidere potest ad modum immaterialis in materia, ergo recipit formas aliorum non tanquam sibi, sine coactione, ad suam materiam, sed formas illas tantum quae recipere possint in materia singulari: et haec formas sunt ipsa singularia seu sensibilia sicut color, sonus, odor, etc hujusmodi omnia. Sensatio igitur terminatur ad singularia quia est actio alicujus potentiae corporeae ad denique alicujus quidditatis etiam corporeae ergo alicujus entis ubi salvatur distinctio inter essentiam et existentiam. Intellectionis autem omnis limitatio ab omni actione provenit scilicet: distinctione illa praevia. Specificatio in ordine esse intelligibilem fundatur in specificatione esse naturalium. Ex hac ipsa ratione jam adducta, scilicet: ex hoc quod radix omnis cognitionis est immaterialitas, constat quod intellectio est tam perfecta quam subjectum cuius est actus ipse perficitur. Intellectio est receptio et quidquid recipitur, ad modum recipientis. Intellectio hominis specificatur, ad quidditatem materiali et omnia caetera cognoscit mediante

illa, ad modum quoque illius, quia est communicata cum aliquo corporeo, intellectus cognoscit quod in phantasmate continetur et in phantasmate, quod est fractus potentiae materialis, nihil exhibitur nisi singularia. Unde etsi subjective nihil materiale est, objective tamen materia coactatur, et prout magis immaterialis, magis extensum obitum visionis habet. Sed a quo pendet connexio illa cum phantasmate, nisi a connectione antecedenti animae spiritualis cum corpore materiali; intellectus enim est facultas animae. Unio autem formae alicujus cum corpore supponit limitationem in ordine essendi; etsi enim non omnis essentia limitata est forma corporis, attamen omnis forma corporea est forma quae non est suum esse. Etsi propterea ratio ultima corporaliū magis se tenet ex parte limitationis in ordine essendi, quia per hanc quidditas ejus distinguitur a quidditate angelica quae est subsistens, sed non ex compositione essentiae et esse, quia utrique hac compositione gaudent; attamen ratio distinctiva uniuscujusque prout ens est, stat in hac compositione et per eam velim elongatur a Deo omnimodali entium. Sed ad rem. Intellectione humana perscrutata, ad intellectionem angelicam transimus. /

Intellectio humana limitatur ex hoc quod connaturale sibi est videre in phantasmate; sed quomodo limitatur cognitio substantiae subsistentis? Hoc faciliter manifestatur. Intellectio illa habet amplitudinem suae naturae quia et subjective et objective ^{est} ~~sunt~~ in ea. Subjective quidem, quia inest ad modum accidentis, objective etiam quia primum specificativum ejus est ipsamet sua essentia; nec ex natura sua in eam ordinatur, quia natura sua est intelligere rationale. Est enim actus subsistens immaterialiter ut patet ex spiritualitate ejus, et subsistens ut actus prius, ex hoc quod limitatur ad aliquod esse, non est proprium esse. Hec supervenit ei tanquam actus entitativus et sequitur actum formalem qui proinde se habet tanquam actum primum. Ergo connaturale est illae substantiae seipsam intelligere sicut connaturale est actus primus in actum secundum evolvere. Propterea simul

constat quomodo non solum quoad specificationem sed etiam quoad suam evolu-
tionem in actualitate limitatur ex hoc quod in illis essentia non est esse.
Tunc etiam concludi potest quod omnis veritas in creatis sunt--veritas est veri-
tas participata ex hoc quod essentia et esse sunt distincta. Nam veritas
ontologica prout non est ipsamet veritas totalis quae est veritas entis;
scilicet, ens est ens, est secundum-quid quoad suam amplitudinem. Revera
habetur in creatis veritas perfecta quoad essentiam, revera enim essentia est
respondet totali suae rationi, sed non habetur veritas completa, non adaequa-
tur perfecte rationi entis prout ens est; ergo adaequatur imperfecte tantum.
Simpliciter est tale ens, sed non se habet ad esse simpliciter et adaequate,
non est tantum--sede facies esse, esse limitatum, esse participatum. Similiter
non est perfecta veritas logica quia nullus intellectus creatus, ut diximus,
capax est comprehendere perfecte rationem entis in sua tota plenitudine.
Secundum-quid etiam habetur necessitas principii: ens est ens, nam non perfecte
illud
perfecte comprehenditur. Ad ~~eam~~ enim compreh. intentionem oportet esse ip-
summet ens simpliciter subsistens, sed hoc tractabitur magis cum amplitudine
infra, ad notum alicujus corollarii. Sufficit modo ad conclusionem quod in
ordine cognitionis, limitatio omnis provenit tanquam a radice, a limitatione
initialis quae viget inter essentiam et esse. Essentia non est ipsamet esse,
esse limitatur, cum eo fit compositio. Ergo, si Deus in hoc ordine distingui-
bilis est a creaturis hoc est in virtute hujus distincti-onis primariae qua
distinguntur a radice imperfectionis creaturae. In Deo essentia est esse,
in creaturis essentia et esse sunt realiter distincta.

100, Secunda actio ~~luna~~ ^{non} est appetitus qui est vel
sensitivus vel intellectivus quatenus sequitur formam sensatam aut intellec-
tuam. Per appetitionem uniuscujusque-- unusquisque inclinatur in bonum sibi
connaturale seu in rationem illam ex qua pendet perfectio sua. Patet quod

id quod ordinatur ad bonum singulare ac materiale tanquam ad rationem perfectivam, componitur ex essentia et esse. Nam si bonum tibi connaturale est corporale, sua etiam essentia corporalis est: et hoc significat id quod saepe diximus. Si autem inclinatur in bonum spirituale et in ipsum Deum tanquam in finem ultimum, quia objectum intelligentiae est ens in quantum ens cui solus Deus respondet in rerum natura; attamen in eam inclinatur ad modum suae formae intellectivae cuius est inclinatio. Atqui, est ut vidimus, omnis forma intellectiva qua Deus possidetur a creatura non est forma comprehensiva, non est ipsa-met possessio totalis sed possessio limitata, et adhuc secundum quid. Ergo^{si} id perfectam beatitudinem creaturae non necesse est quod Deus integraliter possideatur hoc provenit a compositione sua essentiae et esse. Et si denique inveniri potest aversio ab eo in creaturis, hoc est quia non perfecte videtur prout in se est sed prout bonum particulare quod potest assimilari cum aliis bonis particularibus, et de quo iudicari potest ad modum limitati. Propterea peccatum rationem suam habet in hoc quod creatura componitur ex essentia et esse. ~~Ergo-omnia-quae-de~~

Ergo omnia quae de creatura dicuntur et dici possunt unam eandemque veritatem exhibent, scilicet: quod in ea essentia et esse realiter distinguuntur. Veritas illa est culmen et principium unde omnia fluunt ex parte creaturarum, est ratio suae perfectionis et imperfectionis, unitatis ac multiplicitatis, explicat earum esse et earum agere. Ex hoc enim quod ab initio creatura esse indiget, fluunt omnes suae indigentiae subsequentes. Propterea haec praecipua ratio revera est essentia metaphysica creaturae. Si autem absolute et simpliciter ex parte creaturae nota quidditativa, propria characteristicam, quae eam constituit et ab omni distinguit, est haec, revera similiter nota perfecte, aliqualis, distinctiva; nota fundamentalis et radicalis discrepantiae Dei est quod Deus est ipsum esse Subsistens. Sicut olim ipse Deus decuit sanctam quandam: "Ego cum qui sum, et tu illa quae non es". Hoc

interpretatur: essentia mea est esse, essentia tua non est esse.

His autem expositis, patet minor nostra quo et tertium partem.

Et consequenter, tam ex ratione constitutiva quam ex ratione radicati—
va et distinctiva Esse Subsistens apparet nobis tamquam revera essentia Dei
metaphysica.

Ex qua veritate faciliter educitur propositio quam in principio asse-
ruimus: scilicet, quod nomen proprium Dei seu quasi descriptio ejus est "Qui
est" et quomodo si attribuitur Deo constituit supremam veritatem.

"Qui est" est maxime proprium nomen Dei etsi secundum suum modum si-
gnificandi maxime communicabile est. quia non significat formam aliquam
specialem sed in se est forma essendi. Jamvero forma seu quasi-forma Dei est
esse, dummodo esse est sua essentia, ergo maxime proprie denominatur si voca-
tur "Qui est", seu ipsum esse in se ipsum et subsistens. "Qui est" est nomen
maxime proprium Dei propter suam maximam univocalitatem. Nam omnia alia
nomina semper aliquam limitationem addunt esse etsi eandem significationem
ultimo continet tamen sub aspectu nimis diminuto eam revelant; quia semper al-
iquid addunt ~~ae~~ supra notionem ejus. Jamvero quia nobis non possibile est
attingere et cognoscere Deum prout in se est, quando magis determinamus mo-
dum nostrae cognitionis magis appropinquamus ad nos et ~~ab~~ Deo elongamur.
Ergo nomen maximum generale omniumque determinatum melius dicit essentiam di-
vinam in tantum deest praecisio ac limitatio in tantum appropinquatur reali-
tati significationi. Deinde manifestum est quod hoc nomen "qui est" est maxime
proprium Dei quia significat maximam actualitatem et maximam praesentiam.
Certe esse, prout actus actuum omnium, est non significat tantum esse in actu
signati sed in actu exercito; quia hoc consuetudine non sumitur nominatim
sed ut participium, ergo significat exercitium essendi et in hoc sensu solus
Deus est ens, nam omne creatum non habet esse essentialiter et, si ens nominatur,
hoc est ens ut nomen, ens-essentia. Ergo "Qui est" seu qui exercet actum essen-

di est maxime proprium nomen Dei et nomen quod exsuperat omne nomen.

Quando dicitur preinde: Deus est qui est, seu esse subsistens, perfecte habetur adequatio igitur subjectum ac predicatum.

Deus est ens in tota sua plenitudine significationis. Unde veritas haec est perfecta realizatio primi principii: "ens est ens". Ens est ens abstracte dicitur et communicatur omnibus entibus, sicut humanitas quae communicatur Petro ac Paulo, et in utroque invenitur, in quantum analogum potest comparationem subire cum univoce. Ens est ens, aequivalet dicere: unumquodque ens est id quod est. Substantia est substantia, accidens est accidens, sol est sol, luna et luna, et sic de omnibus. Itaque unumquodque suo modo realizat veritatem hanc, sed unum tantum invenitur a quo possidetur totaliter, in quo fulget in omni sua splendore et hoc est ens in quo plenitudo essendi exercetur, ens quod se habet ad ens sicut "a" se habet ad "A": totaliter et adequate. Itaque in principio, mens nostra, prout tabula rasa ac omnino vacua, rationem magis universalem tantum recipere potest; et haec ratio est ens quia in ente imbibitur illa prima propositio quod ens est ens, primum principium maxime universale est ens est ens. Ex ejus autem virtute componuntur omnia judicia quae sunt semper aliqua contractio istius primi principii. Omnis veritas quae reperitur fit ex hoc quod invenitur in aliqua re verificatio seu exercitio hujus primi principii quod est: ens est ens. Et hujusmodi componitur tota scientia humana, non est aliud nisi extensio et realis realizatio principii ens est ens, seu potius nisi perfecta explicitio et analitico et analitico hujus campi, explicitio omnium virtutum quae in eo continentur. Idem Tam diu autem quam diu non reperitur totalitas et integralis realis realizatio illius, mens non quiescit, imo inventa una speciali, veritas habetur quaedam quilibet aspectus novus hujus veritatis, propterea confortatur et crescit quin minuat per laborem. Ex natura sua unaquaeque veritas relativa est ad unamquamque est totalis realis realizatio veritatis quam partialiter tan-

tum unaquodque dicit. Illa autem veritas maxima in qua perfecte realizatur principium ens est ens est: Deus est ipsum esse subsistens, ille cujus essentia est esse, ille qui se habet ad ens. Sicut "a" se habet ad "a". Propterea claudit omnem inventionem. Reperta illa, omnia ex licantur et reperiuntur tota simul. Est proinde ultima veritas in via ^{judicii} intentionis sicut ens est ens est prima in via inventionis. In illo ens quiescit et suas omnes cognitiones coordinat, unificat et confortat. Ideo pinaculum scientiae est idem principium ac initium ejus, sed hoc invenitur in statu abstractionis illud vero in statu singularitatis. Illa veritas tamen prout in statu unionis cum materia, nobis non perfecte comprehenditur sed ad modum quidditatis materiali, i.e. imperfecte et inadaequate. Quomodo autem ex virtute veritatis ens est ens fit transitio ad Deum est ipsum subsistens, quomodo tam certe tenetur quam principium ens est ens. Quomodo,

Non fiat contentum. Non transitus apriori de principio ens est ens ad conclusionem: ergo Deus est ipsum esse subsistens. De ordine enim intentionali non fit saltus in ordinem realem sine periculo, sed principium nostrum a posteriori recipit virtutem, abstrahitur a realitate et annihilatur secundum suam ~~oppositam~~ apparentiam in hac realitate. Jamvero ipsa realitas est contradictio sui, scilicet postquam manifestavit quod ens est ens statim manifestat quod ens non est ens si non datur in rerum natura ille cujus essentia est ipsummet esse. Nam ex hoc quod habetur multiplicitas statim constat quod habetur distinctio essentiae et esse, et distinctio realis, secus omnia essent unum, Similia non opponuntur in quantum similia, et ad habenda similia quae opponuntur necesse est haberi aliquid adiacens huius et illius similis. Illud autem diversum est et hoc realiter, quia causat multiplicitem realem. Ergo, aut repugnat principium ens est ens, aut datur distinctio realis, aut id quod est non est id quod est, aut habetur in creatis distinctio essentiae et esse. Unio haec autem causari debet, unde requiritur ens in quo inveni-

tur identificatio inter essentiam et existentiam; et iterum aut repugnat principium ens est ens aut repugnat realitas et evidentia quae nobis manifestatur -nam ens illud est ens relativum et ens relativum sine ent absolute repugnat,- repugnat esse in creatis si non datur esse subsistens. Ergo ens non est ens si ens per participationem non relicitur ad ens per essentiam, et consequenter ens non est ens si non datur ens per essentiam. Ens non est ens si Deus non invenitur, ens non est ens si quidditas Dei non est ipsamet quidditas entis. Ens non est ens si Deus non est ipsum ens existens, seu ipsum esse subsistens.

Ergo solide ac magna cum robore conectitur conclusio Deus est esse subsistens cum prima certitudine absolute necessaria et per se nota, atque ejusdem eadem evidentia ac certitudine metaphysica gaudet; ambo dimanant ex ratione entis. Sicut autem principium identitatis commendat omnem veritatem, ita principium identitatis naturae divinae commendat in toto ordinem scientiae divinae. Ex hac veritate omnes alias veritates circa naturam divinam pluvunt, qui est prima veritas quae omnibus praesupposita est, et hoc quia esse est ipsummet predicatum quod perfecte adaequatur Deo adaequatione totali ac simpliciter scilicet quidditas Dei est quidditas entis. Ad declarandum autem de quonam ente agitur, non de ente ut nomen sed de ente ut participium, expressio esse subsistens tenet locum simplicitatis nominis "ens" quod esset aequivocum. Propterea veritas haec: Deus est ipsum esse subsistens est prima in Deo, omnes caeterae ex virtute ejus accipiunt robur ac certitudinem, se habent ut particulares ad veritatem universalem, ut derivatae ad primariam, quia in quibuscumque predicatum est magis diminutum, est contractio quaedam rationis entis.

Ergo ex omnibus istis, post hanc omnia superposita ac coordinata, nobis videtur quod fortiter ac sincero, firma anima ac sine ulla formidine errandi, teneri potest quod esse subsistens est essentia metaphysica

quod est ultima perfectio in via ascensiva mediis omnibus creaturis, in quibus analogice exhibetur, quod est concursus omnium praedicamentorum apud creaturas inventorum. Manifestatur enim a quatuor causis et fulget ultimo ex ratione primi motoris ac primae causae, primi necessarii ac Primi entis, primi gubernatoris. In via autem descensiva, manifestum est quod omnes continentur in ratione illa et dimanant ab ea tanquam a radice, quia continet rationem omnimodae perfectionis, infinitatis ac simplicitatis, unitatis ac immutabilitatis et aeternitatis, rationem summae cognitionis, volitionis ac potentiae. Esse subsistens continet quoque rationem quare in Deo omnes perfectiones sunt subsistentes, sunt ipsa substantia Dei ac ipso Deus. Claudat simul rationem veritatis per essentiam et bonitatis per essentiam. Deinde manifeste apparuit nobis quod esse subsistens est primum elementum distinctionis quod viget inter Deum et creaturas, ex hoc quod summa essentiae creatae est negatio identitatis ex hoc inter essentiam et esse. Compendat enim limitationem et multipliciter, compositionem ac distinctionem ordinis substantialis et accidentalis, limitationem in ordine operationis, quoad specificationem et quoad executionem, necessitatem promotionis, limitationem in cognoscendo et in appetendo, omnem imperfectionem, omnem defectum, omnem carentiam, omnem indigentiam. Ratio autem quae simul est maxima constitutiva, maxima explicativa ac maxima distinctiva, exhibet omnes conditiones quae exiguntur a ratione cujusdam essentiae metaphysicae ergo revera est essentia dei metaphysica.

B) Negative

Ut quid demonstratio praecedens, nonne perditio verborum si adversarii nostri non perfecte tacuerunt, si habent adhuc aliqua argumenta ad tenendas suas sententias, si non perfecte apparet nexum connexionis inter affirmationem sequelae nostrae et negationem argumentorum eorum, si non videtur quomodo argumenta nostra non tantum statuunt doctrinam nostram sed immediate eadem vi ac robore systema illorum ruunt, et ducuntur ad perditionem. Ad hoc aperiendum et demonstrandum non tantum sufficit nobis stare in nostra propositione firmiter probata, sed etiam demonstrare infirmitatem argumentorum quae militant pro ceteris sententiis. Ad habendam perfectam victoriam, non sufficit stare in oppidibus nostris sed bellum ferre in terras inimicorum. At hoc enim quod forti sumus in nostro dominio non sequitur quod non contingit apud eos vim aliquam ac dominationem. Ergo eamus ad praelium cum armis ex thesauris nostris veritatum hucusque repertarum, pugnemusque usque ad finem et consummationem omnium adversariorum.

Ad salvandam claritatem in pugno nostro, peditemus ibimus ad quemcumque separatim ac seorsum sumptum.

Secundum ordinem quem supra posuimus, opiniones diverse sub capitis illius collocandas sunt. Ponitur essentia divina, vel in ordine entitativo, vel in ordine operativo, qui sunt maxima membra entis. Et habetur in ordine entitativo: vel aliquid absolutum, sicut cumulum perfectionis quod tenetur a Nominalistis, et infinitas scotica aut radicalis aut formalis; vel aliquid relativum sicut bonum secundum electionem Platonis et platonisantium. In ordine autem operativo, alii opinantur pro operatione immanente, alii pro transeunte. Operatio immanens est aut intellectiva, aut appetitiva. Et deinde ipsum intelligere est aut remotum, aut proximam, aut actuale. Intelligere tenetur a nonnullis thomistis quorum nomina gaudent praecipua quadam auctorita-

prietatem; est appellatio collegialis; est nomen collectivum sicut: familia vel civitas. Essentia igitur divina est nomen quod convenit divinis attributis prout congregatis. Haec autem attributa sunt omnes perfectiones, ergo essentia Dei metaphysica est cumulum omnium divinarum perfectionum.

Major patet. Minor similimodo. Nam manifestum est quod omnes res quae sunt in rerum natura singulares sunt: scilicet **objectum** cognitionum nostrarum singulare est, atque etsi in unoquoque individuo apparet aliqua similitudo cum ceteris, attamen invenitur tanta discrepantia inter alterutrum quam non possibile est omnia reducere ad unum. Revera possideri potest unitatem quandam, sed haec unitas relativa non abrupte separari potest a quocumque ita ut ei assignari possint perfecta delineamenta; ergo omnis abstractio fallaciosa est quicquid enim repperitum extra singularitatem ipso facto est extra realitatem.

Attamen rejicitur minor, negaturque probatio simpliciter.

Jam perfecte vidimus supra veram ac rectam notionem essentiae, quae est elementum quoddam fundamentale ac primarium quod in quocumque individuo reperitur idem. Nam essentia non se habet quantitative sed qualitative; non resultat ex processu mathematico, scilicet ex additione omnium caracterum et reductione in destinationem nullam quae postea attribueretur unicuique unicusque separatim, sed surgit ex aspectu synthetico, ex habitudine ac dispositione generali omnium aliqui pertinentium; Sicut pictura non cognoscitur ex collectione omnium colorum diversorum quae in ea reperiuntur sed ex harmonico concursu, ex omnium resultentia. Non negari potest quod individua, etsi aliquomodo discrepant, verumtamen elementum quoddam usum ac semper idem continent, quod facilliter sibi potest relictis omnibus differentiis; verum gratia, facilliter habetur conceptus hominis quia appareat Petreitatem aut Paulitatem. Nec autem specificativum quod in omnibus est primum ac necessarium est essentia.

sed dicunt adversarii: essentia, prout talis, nihil est omnino, est essentia fictiva, nam manifestum est quod non invenitur in rerum natura. Jamvero cognitio qua res non possidetur sicuti est, fallax est et consequenter non est cognitio sed fictio subjectiva. quod autem non invenitur a parte rei non potest esse elementum fundamentale ac primum realitatis, et per consequens neque essentia.

Sed nihilominus nobis videtur quod datur medium inter pura fictio mentis ac pura realitas scilicet eadem natura potest inveniri in rerum natura sub statu singularitatis et in mente sub statu universalitatis. Unitas essentiae sumitur partim a parte rei et partim in intellectu. Et ex hac doctrina ruitur systema nominalistarum circa essentiam. Sufficit experientia interna ad demonstrandam existentiam conceptuum universalium qui representant naturam abstracte conceptam, i. e. naturam denudatam a quibuscunque conditionibus naturae individualis; scilicet naturam sine conditione loci, temporis, quantitatis, etc quae conditiones necessario sunt a parte rei ad subsistendum. Res illustratur exemplo. Possum enim habere conceptum hominis quin homo ille prout cognitus habeat patriam, aetatem et stirpem. Ergo conceptus ille abstracte subsistit, non in subjecto concreto recipitur, sed per se stat. Natura autem illa pluribus convenire videtur et convenientia sui generis. Convenit ut aliquid non tantum commune sed identificatur et multiplicatum in unoquoque. Identificatur cum singularibus quae sunt a parte rei, non de quocumque illorum praedicatur. Quis est autem praedicatio nisi idemmet declaratio identitatis; quando dico, v. g. Paulus est homo, hoc significat Paulus est idipsum quod est homo, ergo, testante experientia interna, natura abstracte concepta omnibus singularibus convenit seorsim ac separatim, per convenientiam identitatis. Quod item testatur a mente verum est quia intellectus per se infallibilis est. Est facultas cognitiva seu facultas quae non parit quin fecundatur a realitate. Ergo si aliquid dicit, pulsante realitate dicit, et quia

realitas non potest realitatem contradicere, intellectus de se mentiri nequit. In hac autem materia patet quod intellectus fallere non potest quia est factum quod immediate cognoscitur per conscientiam in terra, est ipsum objectum primum hujus conscientie, unde circa illud non potest haberi fallacitas per se, sicut intellectus esset per se fallax et per consequens non esset intellectus. His autem explicatis, manifestum est quod sententia quae contradicit talia principia non est secundum veritatem, ergo repugnat systema nominalistarum ex hoc ergo; scilicet repugnat radicaliter in quantum destruit naturam ipsius-met essentialis. Sed specialiter repugnat ex altera parte scilicet, destruit naturam essentialis Dei.

Si enim singulare tantum est objectum scientiae quomodo intellectus noster elevari potest ad objecta nobiliora; ita Deus redditur non cognoscibilis et si non cognoscibilis a fortiori quoad essentialis, ergo negata scientia abstractiva ac universalis, negatur ex consequentia scientia circa Deum et proclamaratur quod essentialis ejus, etiam secundum nostrum modum concipiendi, non cognoscibilis est. Quomodo posthac loqui possunt nominalistae de essentiali Dei metaphysica, ipsamet eorum opinio est destructio hujus essentialis. Imo, destruuntur etiam omnia attributa, quia, ut vidimus supra, tollitur inter ea omnis distinctio, et si non datur distinctio, non datur pluralitas. Ergo non datur attributa.

Sed supponimus quod datur distinctio, conclusio tamen iterum repugnat. Nam si similimodo concurrunt omnia attributa ad essentialiam constituendam, unumquodque suum sponte est essentialis. Omnia aequaliter sunt, omnia sunt essentialia, et ideo habetur multiplicitas essentialium metaphysicorum, quod idem sonat ac multiplicitas entium.

Sic tamen nominalistae quod essentialis secundum eorum modum dicendi est tantum nomen. Nihilominus hoc sustineri nequit. Nomen enim imponitur ad significandum conceptus, conceptus autem ad significandum realitatem. Si nomen

est unum etiam conceptus ac ultimo etiam realitas i.e. si non existit una res, saltem existit una formalitas. Sed est alia evasio nominalistis: scilicet, nomen eorum est universale seu collectivum, ergo sufficit ad multasignificanda sicut nomen familia significat tota simul omnia individua ejusdem familiae. Attamen hoc ultimum etiam rejicitur; nam, ut diximus supra, universale formaliter sumptum est ratio quae identificatur cum pluribus et multiplicatur in eis. Ergo convexit omnibus distributive. Nomen autem collectivum manifeste non perfecte reddit rationem experientiae internae quia si conceptus collectivus est tenetur quaedam categoria conceptus universalium. Aliis verbis, si omnis conceptus collectivus est universalis, non omnis conceptus universalis est collectivus. Extra nomen collectivum valde extenditur obitum experientiae. Conceptus collectivus -nomen familiae- dupliciter praedicatur: distributive ac collective. Distributive de omnibus familiis, collective de individuis quibus communiter familia. In quantum praedicatur distributive, est universalis stricto sensu ac formaliter, scilicet, est unum respectu pluri, tanquam multiplicatum in ipsis: universale in essendo. In quantum autem collective praedicatur est universale lato sensu scilicet, est ratio quaedam quae versatur circa multa. Jamvero constat quod in genere quando dicitur Petrus est homo, Paulus est homo, praedicatio haec est distributiva, et consequenter patet quod essentia semper praedicatur distributiva.

Sed si nominalistae rejiciunt praedicationem distributivam ad praedicationem collectivam etiam fortiterque proclamandam, opinio eorum similimode tollenda est. Nam per hoc introducitur imperfectio limitatioque in Deo: quod est destructio essentiae ejus. Quomodo fiat istud? Faciliter ac sine magna difficultate. Constat enim quod in conceptu colectivo datur ratio major quam in unoquoque individuo respectu sumpto. Nam aliquid praedicatur de cumulo quod non praedicatur de singulis; v.g. familia non praedicatur de sponso vel sponsa, ergo contingit quod collectio habeat ad membra sicut totum ad

partes. Ubi autem datur pars datur imperfectio nam pars indiget coprincipio scilicet altera parte ergo non est perfecta. Totum autem quod complotitur ex partibus imperfectis, necessario caret etiam perfectione. Ergo cumulum attributorum divinarum, prout taliter sumptum, ponit imperfectionem in Deo et per consequens non constituit essentiam ejus metaphysicam.

Sed dicunt tandem adversarii. Nonne confutatio haec est confutatio sententiae thomistarum de essentia Dei physica; nam etiam secundum thomistas assignatur ut essentia Dei physica cumulum omnium perfectionum.

Argumentum esset ad hominem si non fundaretur super mixtionem magnam. Notio attributorum apud nos differt a notione nominalistarum ut jam diximus. Tali autem distinctione posita, etsi expressio est eadem conceptio est omnino diversa. Sed etiam si nominalistae conciperent cumulum divinarum perfectionum secundum nostrum sensum, adhuc rejiciendum est systema. Nam cumulum omnium perfectionum non est essentia Dei metaphysica sed physica: scilicet, non est ratio constitutiva divinitatis secundum nostrum modum concipiendi sed Deus prout est in se et prout formaliter-eminenter explicit omnes perfectiones continet. Deitas prout praebet fundamentum cognitionis nostrae, est. Cumulum quo constituitur deitas illa est summa unitas ac summa simplicitas, est summa identificatio omnium perfectionum. Datur solummodo fundamentum quoddam multiplici- tatis per respectum ad essentias creatas mediante quas intellectus noster ad cognitionem Dei transit. Reperto autem illo fundamento, seu cumule omnium perfectionum, mens nostra non quiescit nam, ut vidimus, inventio haec est tantum praefatio cognitionis essentiae metaphysicae divinae. Adhuc querendum est elementum omnium primum ac omnibus perfectius. Hoc enim necesse est per respectum ad processum connitur deum intellectus qui essentias quaerit in omnibus i.e. ratio una radicalis ex quo omnes rationes necessarias fluunt ac dimanant. Aggregatio, collectio, cumulum non constituit essentiam, sed est primus gressus ad essentiam reperiendam. Rationes enim metaphysicae, ut diximus, sunt essentia

metaphysica ac propria ejusdem essentiae. Essentia est una, proprietates multiplices; proprietates radican- tur in essentia, secus enim haberentur mul-
tas essentias. Ergo cumulum omnium perfectionum non est essentia metaphy-
sica sed physica. Agitur autem in hac thesi de essentia Dei metaphysica,
circa quam quaestionem tantum fit disputatio, quod non contingit quaestioni
de essentia physica. Si igitur nominalistae stant ibi et non plus ultra
ducunt inquisitionem, non tangunt quaestiones, fugiunt difficultatem, non in-
telligunt punctum difficultatis. Nonne talis mixtio inter essentiam physi-
cam aequivalet negationi essentiae metaphysicae? Ergo in hoc capite iterum
repugnat systema eorum. Et ideo non sustineri potest sub quocumque respec-
tu, secundum quamvis faciem, quoniam nihil explicat et nihil predest.

His dictis contra nominalistas, ad litum Scoti et scotis-
tarum transimus. Jam refutatur univocitas quae est fundamentum remotum eo-
rum doctrinae, sed hic specialiter infinitatem revocare intendimus.

Argumentum Scoti quod supra exhibetur (in secunda parte thesese
nostrae) esset rectum in sua linea si non supponeret argumentum prius.
Propterea totum peccatum provenit ex hoc quod infinitas concipitur ut gra-
tus primus cum ei datur gradus altior scilicet cum est revera gradus secun-
dus. Bene concludit descendendo, sed peccat ex hoc quod non curam habet de
radice a qua descendit. Certe multa fluunt ex infinitate sed nonne infini-
tas ipsa ab alio provenit? Cur autem secundum Scotum nihil invenitur al-
tius infinitate? quia illud prius esset ens et ens secundum Scotum se habet
univoce ad Deum ac creaturam; ergo Deo non est proprium. Pro Scoto non da-
tur in ipsa ratione entis ratio sufficiens ad constituendam divinitatem- es-
se diversitatem essentialem, ens non convenit pluribus analogice: non est u-
num secundum proportionem tantum, sed convenit univoce: est unum secundum
ipsasmet notas quidditativas.

Nihilominus, sententia Scoti rejicienda est quia intrat in contradic-

tionem tum ipsa ratione essentiae metaphysicae Dei quam tenemus. Non enim datur medium. Aut essentia prioritatem habet simpliciter, aut non est essentia. Si infinitas habet prioritatem simpliciter est essentia, et si est essentia, confundatur sententia nostra: propterea necesse est exhibere defectum hujus sententiae. Et hoc facere intendimus tripliciter: primo quia infinitas ex ratione sua non est natura sed modus naturae. Patet quod si infinitas est modus, non constituit naturam quia modus est ratio quae modificat, et propterea quae supponit subjectum cuius est modificatio. Non est per se status sed inest in subsistente et necessario sustentatur in esse sicut accidens cui competit esse in alio. Infinitas est modus. Nam, quid dicit infinitas nisi modus habendi, aut possidendi, aut tenendi, sine termino: extensio illimitata, prolongatio sine fine. Sed manifestum est quod extensio, prolongatio, est modus naturae rei extensae ac prolongatae. Prolongatio, extensio, non per se sunt, sed necessario abest in aliquo quod prolongatur, quod extenditur. Et haec significatio proclamat a sensu commune. Intellectus enim non potest infinitatem concipere taliter. Ergo repugnat absolute intellectui concipere infinitatem sine subjecto quod infinitatem sustentat. Et consequenter infinitas non potest concipi ut ratio prior, quae per se staret omniaque cetera sustentaret. Ex altera autem parte, nonne infinitas ac habet in Deo sicut finitas in creatis? Concipitur enim Deus mediante ente creato, atqui finitas in creatis non est natura sed modus naturae, non est primum constitutivum rei sed ens supponit constitutum et se habet respectu ejus perinde ac modificationem, seu modalitatem tantum.

Sed licebit quod in littera Scoti non legitur infinitas. Auster loquitur solummodo de ente infinito; ergo suscipit ad modum unius et infinitas quae inest et ens quod infinitatem sustentat. Nonne positio illa legitima est? Ens est subjectum determinabile, infinitas vero nota determinans. Si enim dicitur tantummodo ens, non sciamus si agitur de Deo vel de creatura,

ae brute vel de lapide. Posita autem infinitate, nullum dubium remanet, ens specificatur, Deus apparet.

Evasio non valet. Primo, quia etsi ens de se non est determinatum ad tale vel tale ens, ut tamen non determinatur per additionem alicujus extrinseci, sed per intimam suam contractionem. Aliis verbis, indeterminatione quadam gaudet, sed haec indeterminatio non est ut potentia ad actum - puta in determinatio universalitatis ad rationalitatem vel irrationalitatem, seu indeterminationis univoci - sed ut confusum ad clarum, ut implicitum ad explicitum, puta, ut analogum ad inferiora. Ens non est genus sed quasi-genus, non habet differentiam sed quasi-differentiam. Secundo, quia si ens determinatur per contractionem et ab intrinseco ad tale vel tale ens, quasi-differentia ejus non est infinitas. Nam infinitas est solusmodi ratio derivata et superponit quasi-differentiam jam constitutam. Infinitas non est principium constitutionis entis quia inveniretur in omnibus entibus. Principia autem illa sunt potentia et actus in ordine entis scilicet essentia et esse et infinitas neque est essentia seu primum subjectum alicujus rei neque esse. Ens specificatur ex modo habendi esse. Si essentia non est esse, habemus ens creatum, si essentia identificatur cum esse, ens illud est divinum. Ille respectus identificationis, primo et per se constituit quasi-differentiam Dei, dicit quasi-genus intentionale sui modi essendi. Unde praesupponitur omni determinationi quae non tangit ipsam et intimam rationem entis, quod non convenit infinitati.

Sed replicas: in littera Scoti non loquitur aliter, si in ore ejus infinitas nihil aliud dicit quam haec intentio entis, ut manifestum est ex verbis istis: "Cum dico ens infinitum, non habeo conceptum quasi per accidens sed conceptum per se subjecti in certo gradu perfectionis scilicet infinitatis:

Iterum respondimus negative; nam si infinitas intentionem aliquam

dicit non est propria intentio entis; secus non solvatur ratio infinitatis. Infinitas enim nihil aliud est quam carentia limitibus, quae potest esse et in potentia -puta materia prima- et in actu, et in intelligere -si intellectio nullis terminis gaudet-, et in velle, et in agere, et in bonitate, et in veritate, etc., etc. Si autem taliter reperitur in utroque, statim concluditur quod non se habet ad modum essentiae et rationis constitutivae uniuscujusque sed ad modum alicujus adjacentis, alicujus modi. Intentio autem entis causatur ab ente, sicut intentio coloris a colore. Est ipsamet ratio entis magis perfecta, sicut et ipsamet ratio caloris magis perfecta. Ergo ens non gaudet intentione majori quatenus est infinitum sed quatenus est ens in summo, quae summitas residet in possessione entis sine ulla perditione, in essentia quae est ipsummet esse, in esse subsistente. Reperta autem ratione illa, contingit quod ens sit infinitum, sed non vice-versa. Ergo male loquitur Scotus dicens quod infinitas est intentio entis.

Scotus

Scotus fert aliud argumentum, scilicet: quod conceptus entis infiniti est simplicior omnibus, ergo si simplicior etiam altior et si altior magis essentialis imo quidditativus. Simplicior quidem quia, ut diximus, non est conceptus per accedens, sed per se.

Sed illud argumentum non placuit Cajetano ut manifestum est in verbis istis: (I.2.13, a.11) "Scito quod ly nomen "qui est" (a Deo revelatum), ut appropriatum seu primum analogatum, unicum tantum conceptum formalem inportat, ita quod non componitur ex duobus conceptibus, ut color albus, neque est ens per se, neque ut summum bonum, neque ut ens infinitum. Et cum tanta simplicitate explicat pelagus infinitae substantiae. Imo, si recte ac perfecte concipiatur, explicat quasi causam quare Deus sit ens infinitum, non enim quia ens infinitum ideo est "qui est" sed quia et "qui est" ideo esse infinitum perfectionis est. Unde non recte sensisse videtur Scotus dicens

"quod simplicior et perfectior conceptus proprius Deo, nobis possibilis, sit
"conceptus huius nominis ens infinitum. Jam enim patet quod, conceptus ly
"qui est" simplicior, perfectior, ac prior."

Manifestum est quod nomen illud ens infinitum non est simplicior
quia non pertinet per se ad lineam entis. Si ergo dicitur "ens infinitum"
aliquid additur quidditati entis i. e. explicatur aliquid quod non est de
ipsa ratione constitutiva entis. Esse subsistens autem simplicius est quia
est ipsamet ratio constitutiva Dei et non datur medium inter Deum et illud
sicut datur medium inter Deum ac infinitatem, scilicet causalitas metaphysi-
ca, quatenus infinitas entitativa resultat ex subsistentia actus essendi.

Sed iterum Scotus arguit et militat pro infinitati dicens: concep-
tus entis infiniti "virtualiter plura includit, sicut ens includit verum ac
bonum ita ens infinitum includit verum infinitum ac bonum infinitum".

Attamen exigentia illa rationalis omnium perfectionum non potest ul-
timo explicari per ipsam infinitatem, sed per subjectum cui infinitas con-
venit. Imo, ipsa infinitas imperfectione est resultans omnium perfectionum
~~ipsa infinitas~~
possessionis. Non enim dicitur, illud est infinitum ergo gaudet omnibus per-
fectionibus; sed illud gaudet omnibus perfectionibus ergo est infinitum. Ens
infinitum proinde est infinitum quia natura sua est omniperfectio, quia es-
sentia sua est ipsamet perfectio subsistens, quia est actus omnium actuum
derivatum a quocumque subjecto participante. Ita intelligere est infinitum
ex hoc quod subjectum intelligens est ipsamet intellectio subsistens, simili-
ter et velle est infinitum quia est volitio subsistens. Ens est infinitum
quia quidditas ejus est ipsum esse subsistens. Et ideo constat quod nihil
valet dicere: infinitum est radix omnium quia virtualiter multa supponit,
exigentia enim illa ultimo radicatur in ratione altiore ex virtute cujus
omnia sua exigit; pura exigentia non concipitur sine subjecto exigente, atqui
infinitas non potest se habere ut subjectum quoddam quia est tantum modus

qui sequitur naturam et eam supponit constitutam.

Et per idem argumentum confutatur ultima probatio Scoti scilicet: infinitas est terminus demonstrationis "quia" ex creaturis. Patet enim quod intentum illud consonans est si non intelligitur infinitas sine subiecto in quo residet.

Argo manifestum est quod defectus doctrinae scoticae provenit ex hoc quod Doctor Subtilis analogiam entis non vidit et coram ejus intellectu non possibile est reperiri in ipsomet ente essentialis diversitas cum dño, seu ens non potest se habere ad ens tamquam essentialiter diversum. Aliis verbis, doctrina quae reponit essentialiam Dei metaphysicam in infinitate necessario supponit univocationem entis. Atqui hoc admitti nequit uti supra diximus, quia metaphysice repugnat et ex experientia vulgari. Argo tollenda est etiam sententia Scoti circa infinitatem. Unde repellitur sententia ista ex tribus rationibus quibus constituitur essentialia metaphysica scilicet: ex-parte rationis constitutivae, radicativae ac distinctivae. Infinitas non est ratio constitutiva quia non est natura sed modus naturae et quia supponit ens univocum Deo et creaturis et consequenter ens limitatum, ens incapax Deo attribui. Infinitas est contra rationem radicativam quia essentialia metaphysica non demonstrabilis est per rationem a priori sed potius est ipsa ratio a priori per quam attributa demonstrantur; atqui infinitas demonstratur per rationem a priori, dicat ex esse subsistente. Deinde contradicit ultimam rationem, videlicet: distinctivam, et quia infinitas communis est omnibus divinis attributis, et quia reperiri potest in creatis, v.g. in materia prima. Argo opinio Scoti sustineri nequit, argumenta Doctoris Subtilis nihil praevalent contra thesim nostram.

Impugnato Scoto, contra Platonem et filios statim sumus.

Ad quid valent argumenta quibus Bonum defenditur? Bonum concipitur ut prius quia fundat omnium perfectionem, quia est id propter quod omnia fiunt, Causa finalis enim est prior in ordine causarum. Argo primum

principium in Bene reponendum est. Bonum supremum explicat perfectionem supremam, est ipsamet perfectio suprema, et ab eo igitur omnis perfectio fluit ac dimanat tamquam a radice. Et

Sed Et contra hanc doctrinam non ferri potest quod bonum essentialiter est relativum, quatenus dicit rationem perfectivam alicujus; nam speciatim circa Deum non praevalet. Deus enim cognoscitur a nobis relative scilicet, in quantum manifestatur in creatis, ergo ultimus conceptus Dei secundum nostrum modum concipiendi est conceptus relativus ad creaturam. Relatio autem quae viget inter Deum ac creaturas est relatio causalitatis, ergo concipitur, Deus in ordine causalitatis, et quia, ut diximus, prima ratio in hoc ordine est ratio finis, bonum semper tenetur ut ultimum inventum in Deo.

Nihilominus nobis videtur quod Bonum non concipitur ut prius, quod Bonum supponit ens et illud sequitur non tantum in genere sed etiam in particulari scilicet in ipso Deo. Bonum generaliter pendet a ratione entis quia est contractio ejus. Formalis ratio boni addit aliquid supra ens: bonum est ens in sua integritate perfectionis, ens capax fundandi appetitionem, suscitandi amorem, ens prout desiderabile et appetibile, prout perfectivum, prout beatificans. Ergo manifestum est quod ratio boni est magis diminuta ratione entis, non est tam absoluta, non tam independens, sed necessario relativa, dependensque, non tam universalis, non tam simplex. Supponit enim subiectum et respectum superadditum subiecto. Ens non supponit bonum, et bonum supponit ens. Ergo ens est prius, bonum posterius. Ens se habet logice ut essentia, bonum ut ejus proprietas; ens est causa metaphysica boni.

Nonne autem in Deo ordo ille subvertitur? Nonne bonum quatenus divinum ens antecedit ac principiat? Absit! non negatur prioritas Boni in ordine causalitatis, bonum prout ratio finis principiat omnia. Sed prioritas haec est secundum-quid tantum seu sub aliquo respectu, non autem simpliciter seu quoad essentiam. In quantum igitur Deus relative ad nos concipitur. Deus

ut creator, primus et per se sub ratione boni attinetur, et argumentum adversariorum hucusque valide concludit. sed cognitio nostra non clauditur in hoc et multo magis extenditur. Cognitio Dei ut causa reduplicative ut sic, non est punctus ultimus. adhuc perquiritur essentia hujus causae, uti supra vidimus. Inventis quinque praedicatis: primus motor, prima causa, primum necessarium, primum ens, ac primum gubernator, perquisitio ac analysatio continuatur usque ad revelationem ultimam scilicet, identificationem essentiae et esse, rationem constitutivam insius entis divini, essentialiterque distinctiva ab ente cujus essentia non est esse. Inventa ratione boni, intellectus ducitur ad rationem entis et hoc non per processum a priori sed a posteriori, quatenus transitio illa fit de inferiori ad superiorem, de complexo ad simpliciolem. Reperta prioritate secundum quid, quaeritur prioritas simpliciter ac in omni ordine. Unde dicendum est cum sancto Thoma: "quod bonum est principale nomen Dei in quantum est causa: non tamen simpliciter, nam esse absolute praecognoscitur causae." Et ~~separatim contra~~ speciatim contra ultimum argumentum, concluditur quod: "non est necessarium quod omnia divina importent habitudinem ad creaturas sed sufficit quod imponantur ab aliquibus perfectionibus praecedentibus a Deo in creaturas; inter quas prima est ipsum esse a quo sumitur hoc nomen "qui est"". In sensu autem platonico, prioritas ^{Boni} ~~entis~~ supra ens magis respondendus est. Apud Platonem enim Bonum non est eadem natura ac ens. Ens invenitur in mundo essentialium, necessario est typum entis - puta idea bruti, idea hominis, idea plantae - et sic de omnibus. Deus autem non habet essentialia quia non est ejusdem naturae ac creaturarum; ratio proinde constitutiva ejus est ratio boni. "Bonum reperitur extra fines intelligibilium (essentialium)". Manifestum est quod ~~per~~ ~~erres~~ platonica pendet ex prava notione entis. In illa doctrina Plato tentat evasionem ambiguae quaestionis praecedentiorum philosophorum Parmenidi ac Heracliti, circa unitatem entis ac ejus multipliciter. Ens est ens,

Argo ens est unum. Attamen datur multiplicitas in mundo ac notus, quomodo hoc discrimen salvari possit. Solutio platonica proponit multiplicitem essentialium et unitatem fundamentalem quae invenitur in ratione boni. Aliis verbis solutio Platonica proclamat aequivocitatem entis. ens Divinum et ens creatum omnino aequivoce se habent inter se. quia autem deus est prior creaturis et causa earum, statim concluditur quod est bonum quia est rationem causae et quod bonum est prior prius omnibus quia deus est prior, est unum super quod fundatur multiplicitas.

Opinio autem illa tollenda est quia ens non est aequivocum sed analogum, non includit rationes absolute diversas sed simpliciter tantum et unum secundum-quid. Propterea problema unitatis ac multiplicitis solvitur per analogiam entis. Et sicut ens, prout unum secundum-quid tantum, potest suscipere magis ac minus, potest constituere qualitates simpliciter diversas, ita bonum ac unum quae sunt proprietates ejus. Sicut omne bonum supponit rationem entis ita bonum Divinum est ratio quae dimanat ex esse Divino. Quod denique causatur praesentinetur in causa. nemo dat quod non habet si autem esse dispensatur causa ejus est ipsamet esse. Bonitas ejus non est aliud quam exercitium dispensationis illius vel id quod fundat capacitatem dispensationis illius, scilicet ratio perfectiva. quia autem multiplicitas fundatur in unitate et ens relativum in ente absoluto, ex essentia creaturarum, ad essentiam Dei transitur per viam causae unitatis.

Argo bonum non recte proponitur ut essentia Dei metaphysica quia non includit omnes notas characteristicas ejus essentiae metaphysicae. Neque enim est ratio altior quia in ente radicatur tanquam attributum in essentia; neque ratio radicaliva quia prioritas ejus est secundum-quid tantum et praesupponit prioritatem simpliciter; neque ratio distinctiva prius bonum non separatur ab ente, bonum enim est respectus quidam entis, est ens prout sumitur in ordine quodam, ergo non potest opponi enti ex ipsa sua ratione sed ex ratione ipsiusmet entis in quo radicatur. Argo argumenta adversario-

rum nihil praevalent adversus thesion nostram.

His dictis circa ipsum Bonum, statim de libertate ac de causalitate discurrebimus quia aliquam connexionem habent cum bonitate. Bonum enim ad voluntatem cujus libertas est proprium, causalitas divina autem ut vidimus, est ipsemet actus intellectus practici seu intellectus concurrentis cum voluntate, ergo ad bonum aliquomodo pertinet etiam.

Essentia Dei metaphysica non reponenda est in libertate.

Libertas omnis supponit essentiam constitutam. Libertas supponit causam a qua dimanat, subjectum in quo inest et objectum in quod terminatur. Causa libertatis est intellectus, subjectum libertatis est voluntas et objectum est ens limitatum. Atqui ratio quae talia supponit non potest esse ratio constitutiva Dei secundum nostrum modum concipiendi.

Minor patet. Major facilliter probatur. Quid sit enim libertas? bonne modus appetendi sine necessitate, nonne necus contingens facultatis appetentis cum objecto appetito. ad hoc autem reperiendum nonne necessario supponitur ex parte subjecti capacitas appetendi in infinitum seu potius facultas cujus objectum formale ac adequatum est bonum simpliciter, bonum in tota sua latitudine. Sed facultas illa si est in praesentia boni infiniti statim ac necessario fertur in illud et non gaudet libertate. Ergo ad habendum necum non necessarius requiritur appetitus, scilicet: objectum limitatum in ratione boni, bonum quod non est bonum in sua totali amplitudine, sed bonum quod simul non est bonum, bonum quod sub aliquo respectu est malum. His autem duobus reperiis: facultas ordinata ad bonum simpliciter et objectum bonitate secundum-quid praeditum, sufficitne? non. Tam ex parte subjecti quam ex parte objecti ratio altera supponitur, quae est intellectus. Ex parte subjecti quidem quia appetitus sequitur formam et a forma illa specificatur. Appetitus autem qui versatur circa totalem rationem boni, radicatur in forma intellecta. Si enim ad omnem rationem boni inclinatur, forma cujus est inclinatio est ipsa ratio entis. Sicut forma talis vel talis fundat

inclinationem in talem vel talem operationem, ita forma quas est ipsummet
ens fundat inclinationem ad assecutionem plenitudinis entis. Haec autem
plenitudo prout appetita vocatur bonum, bonum enim est ens prout appetibile.
Si voluntas est appetitus qui sequitur formam entis, est appetitus intellec-
tivus, &c. est appetitus qui radicatur in intellectu. Intellectus enim est
facultas entis, est potentia cujus actus est ens sub totali sua latitudine,
quia est facultas quae levit in intimis rerum, et quae omnia apprehendat,
omnia immaterialiter fit sub ipsa ratione entis. Ex parte objecti requiri-
tur etiam intellectus. Nam si objectum aestimatur magis vel minus bonum,
hoc efficitur ab actu intellectus qui non tantum ens sed taleitatem entis
videt. Appetitus de se cecus est si autem dijudicat de valore illius vel
istius boni hoc significat quod illuminatur a facultate visiva, et ab illa
tantum cujus visio fertur ad ens. Aliis verbis, supponit intellectum. Ergo
libertas radicitur et in voluntate cujus est motus et in intellectu cujus
est resultantia, : in voluntate sicut in principio proximo, in intellectu si-
cut in principio remoto.

Sed amplius major probatur ex hoc quod non tantum libertas sed ip-
se actus liber supponit iudicium practicum indifferens ex parte intellectus
et indifferentia dominatrix ex parte voluntatis. Sicut libertas in actu
primo supponit duo principia; ita libertas in actu secundo in duobus princi-
piis radicitur scilicet indifferentia iudicii tanquam remotum et indiffe-
rentia dominatrix tanquam proximum. Actus proprius intellectus, seu iudicium
potest esse vel speculativum, si versatur circa objectum cognoscendi ac con-
templandi causa, vel practicum si efficiendi ac faciendi causa. Iudicium prac-
ticum adhuc dividitur in speculativo-practico et practico-practico; quate-
nus dijudicat abstrahendo a circumstantiis particularibus, in generali, aut
dijudicat de casu particulari hic et nunc proposito in re presenti, omnibus
conditionibus positis. In illo ultimo iudicio radicitur actus liber. Elec-
tio enim est libera in quantum iudicium intellectus de se est indifferens.

Et, iudicium intellectus de se indifferentes circa bona particularia quae non necessario connexionem habent, hic et nunc cum fine ultimo. Aliis verbis, omnibus circumstantibus positis, intellectus non iudicat quod hoc vel illud faciendum est finis ultimus aut necessario ducit ad illum, hoc non est evidens. Ergo stat in indifferentia, quasi dicens:

"Bonum est quod convenit mihi,

"Atqui hoc objectum hic et nunc est bonum, et malum, bonum in quantum

"tale, malum in quantum tale, secundum respectus,

"Ergo hoc objectum convenit mihi et non convenit: convenit in quantum

"tale non convenit in quantum tale, secundum respectus."

Hoc autem posito ex parte intellectus, ~~anquam-facultas-transit~~ requiritur amplius; nam si res se habet taliter seipso, nunquam facultas transit in actum. Sed requisitus illud est imperium voluntatis. Hoc non potest venire ab intellectu, quia intellectus mensuratur a re, neque a re quia appetitio esset necessaria et libertas destrueretur. Aliis verbis, si electio voluntatis pendet a circumstantibus, non esset libera. Nunc impulsus provenit a dispositionibus seu habitudinibus subjecti. Certe habitus inclinat subjectum et praedisponit ad talem vel talem actionem, sed habitus acquiritur ab actus repetitione, et si quaeritur a quo provenit primus actus, questio non est soluta. Ergo voluntas ex se sola flectit iudicium quo vult, ex se sola imperat intellectui iudicare et eligere, ex se sola determinat intellectum in ultimo iudicio practico a quo ipsa voluntas determinatur, et hoc est actus liber. Unde manifestum est quod libertas supponit multa. Supponit voluntatem, et intellectum, supponit iudicium et imperium, supponit bonum particulare, seu ens limitatum, ens compositum ex potentia et actu. Ergo in genere non concipi potest tanquam ratio altior et consequenter tanquam radix seu essentia.

Speciatim in Deo; quia libertas divina exercetur circa limitata, circa res ad extra, sed non circa suam essentiam necessario volitam. Respectus autem ille omnino contingens ad creaturas non potest concipi tanquam ejus es-

quia respectus ad extra supponit rem jam constitutam, sicut omne relativum supponit absolutum.

Illis autem pro quibus primum principium est libertas, responditur quod absolute repugnat ponere libertatem tanquam omnium causa, fons et radix, quia ipsa est absurda si non supponit lapidem omnium angularem, sicut tantumquam omnia, quae est ens. Libertas est abyssus quidam, hiatusque infinitus qui praecedit eventum alicujus entis. Sed si abyssus ille non praesupponit ens, est purum nihilum. Illis verbis, ^{ad} libertas repugnat si non concipitur ut sacra independentia entis maximi ac absoluti ab omnibus contingentibus, relativis ac imperfectis, quae magis vel minus appropinquant nihilum. Libertas repugnat si non concipitur tanquam resultantia ac proprietas solius necessarii quod solum sibi sufficit, quod est ens bonum, plenitudo perfectionis et proinde cui nihil additur per creationem et eventum alicujus entis. Ipse est fons libertatis quia est omnino independens ab omnibus, et est omnino independens quia illi non opus est unicuique, per suam essentiam gaudet plenitudine essendi. Omnis autem libertas quae in aliis invenitur est participatio ejus hujus libertatis primariae, hujus sacrae independentiae, hujus praecleari domini supra omnia entia creata, ^{ad} modum ipsius entis increati. Unde libertas non sumi potest tanquam essentia Dei metaphysica. Neque tanquam ratio constitutiva, quia de se non constituit sed resultat; neque ratio radicativa, quia ipse radicatur, neque ratio distinctiva, de se concipitur ut relative ad aliud, imo sunt entia creata in quibus libertas salvatur. Ergo tollenda est opinio libertatarum; doctrina illa enim ponit contradictionem tanquam fons et radix omnium.

Quod dicitur de libertate aliquomodo contentiam subsequentem jam destruit. Si prioritas negatur actui libero, quomodo largiatur actui efficienti. Imo, in Deo vidimus quod actus voluntatis est simul actus creatoris, potentia divina est intellectus concurrens cum voluntate. Ex altera autem parte manifestum est quod principium causalitatis radicatur in principio

identitatis cuius est contractio tantum in ordine causalitatis. Reponit immediate super principium rationis sufficientis. Antequam dicatur: "omne quod non habet in se rationem suam sufficientem hanc rationem habet in alio", certe tenetur quod: "omne ens habet rationem sufficientem", et iterum ante omnia necessarium est ponere quod "omne ens est sibi Identicum, seu omne ens est id quod est." Haec in genere, sed speciatim quomodo sine contradictione effari potest: "Deus est causa sui". Contra doctoris Schell nobis videtur quod propositio "Deus est causa incausata" ac "Deus est causa sui" sunt diversae. Imo, ex hoc quod dicitur "ens illud est incausatum" non immediate sequitur: ergo seipsum causat. Aliis verbis, expressio "ratio sui" scholasticorum multo precul ab expressione "causa sui" recidet. Absolute declinamus quod prima est veritas excellentissima, secunda vero flagrans contradictio. Prima est culamen philosophiae entis, secunda culmen philosophiae nihili. Inter eas stat abysus omnium errorum; sunt duo poli apppositi, circa quos per omnia saecula ac per omnem generationem, philosophi evoluerunt a principio usque ad nostrum aetatis tempus. Primum principium illius est: ens est ens; istius vero: fieri est fieri. Causalitas est effectio seu productio entis, est exercitium causalitatis efficientis. Unumquodque autem agit in quantum est in actu, et patitur vero in quantum est in potentia. Seipsum efficere idem sonat ac seipsum actuari seu simul esse in potentia et in actu. Hoc salvari potest in eodem - puta in viventi - sed non sub eodem respectu. Pars movet partem, sed pars movens non est pars mota, et vice-versa. Sed talis motus non explicari potest sine motore prime immobili. Ergo talis vita non praedicatur de Deo, quia non esset Deus, non esset primus motor, dependeret a motore priori. Sub eodem autem respectu, in sensu doctoris Schell, hoc est contradictio. Actus enim et potentia, si summuntur sub eodem respectu, de se sunt opposita. Actus se tenet ex parte entis, potentia vero ex parte non-entis. Ergo idem sonat dicere Deus est causa sui, ac dicere ens non-ens. Imo, causa antecedit effectum, ergo Deus deberet esse prius seipso et iterum simul deberet esse et non esse, quod absolute repugnat. "Ratio sui"

autem idem est ac ens per essentiam, ens cujus essentia est plenitudo rationis entis et actualitatis: ipsum esse subsistens. Qua veritate terminatur omnis scientia est ultima ratio in qua invenitur plenitudo veritatis veritatem, in qua perfecte ac absolute realisatur principium ens est ens. Ergo non reponitur constitutivum Dei metaphysicum in causalitate; et opinio doctoris Schell non valet adversus doctrinam nostram.

Unde sine mora, ad sextam sententiam transimus. Nonne essentia Dei metaphysica reponenda est in intelligere?

In genere, suscipitur intellectio tanquam essentia Dei metaphysica quia immediate consequitur simplicitatem existentiae subsistentis, quia est fundamentum voluntatis et omnium perfectionum quae fluunt in linea illa, quia est perfectio positiva quae videtur clarior et distinctior quam actus essendi. Certe haec opinio non omnino caret veritate. Inter omnes modos sentiendi est multo praeclearior. Intellectualiter enim mensura actionum spirituum est perfecti per quam subjectum esse possidet - ~~est-per~~ ut quid existit si non cognoscit? - Patet denique quod est recta notio intellectus: intellectus enim est vita intrinseca quae perfectionem propriam subjecti constituit.

Attamen si dijudicatur de prioritate rationum formalium seu omnium perfectionum, non dubitare possumus, necessario profiteamur quod esse se habet ut prius omnium. Est ipsa perfectio perfectionum, est ipsa actus entis et ens est prius quam bonum, quam verum, quae sunt solummodo contractiones illius. Intellectio autem quae a vero specificatur, sicut voluntas quae specificatur a bono necessario concipitur ut ratio derivata, magis diminuta, magis restricta. Ideo esse quod est actus essendi actualis sub modo eminentiori esse intelligibile, quod est actus intellectionis.

Sed ad hoc salvandum, nonne sufficit famosa distinctio adversariorum scilicet quod: revera ens prioritatem habet supra intellectionem sed sicut transcendentale. Esse divinum est summum omnium divinarum, omnia imbibit, ad

omnia se extendit sicut ens creatum se extendit ad substantiam, quantitatem, qualitatem, actionem, etc etc. Esse constituit naturam divinam large sumptam, sub intellectio vero stricto sumptam, sub conceptu naturae scilicet principio operationis.

Negative respondemus. Nam nobis videtur quod hic modus opinandi ducit ad confusionem entis increati, seu divini et entis transcendentis inter quae viget maximum descriptio. Ratio entis transcendentis est unitas proportionalis quaedam seu ordo ad esse; Ens divinum vero est ens concretum et particulare, est talis habitudo essendi, est habitudo essendi quae consistit in identificatione inter essentiam et existentiam, in subsistentia ipsius rationis essendi, dum ens creatum est habitudo essendi quae consistit in receptione alicujus esse taliter vel taliter, secundum modum talis vel talis subjecti. Propterea tam diu quam diu esse recipitur in tale vel tale quidditati potest esse multiplex, diversusque, sed si esse per se stat, ipso facto multiplicari nequit, neque diversificari. Ergo etsi esse creatum transcendit rationes substantiae, quantitatis, qualitatis, omnia imbibit et in omnibus salvatur, attamen esse increatum non potest. Subsistit per suam propriam rationem; possumus dicere aliquomodo quod ipsum est modus essendi scilicet: Si ens creatum imbibit quantitatem et actionem attamen quantitas non imbibit actionem, et vice-versa; esse est modus generalis qui contractatur ad modos particulares sed contractione facta, ratio haec essentialiter differt a ratione illa; Ita in ente divino, esse est ipsa quidditas hujus entis, est ipsa contractio, est ipse modus particularis; ergo non amplius imbibit hanc vel illam formalitatem, non indiget determinari per talem vel talem rationem ad constituentem quidditatem quandam. Quia autem omnia quae sunt in creaturis sub ratione entis continentur, ipso facto quod Deus dicitur ens, contingit quod omnia illa seu omnes modi essendi ei attribuuntur: vel formaliter, si non contradicunt suam perfectionem seu si non sunt nimis restricta, si aliquomodo dicunt esse simpliciter, seu si immediate fluunt ex ratione entis, tanquam proprietas (verum, bonum) et correla-

tiva proprietatum (voluntas, intellectus); causaliter et virtualiter autem si sunt nimis diminuta, nimis restricta, si solummodo conveniunt enti prout limitatio imperfecto-que (ita corporalitas, materialitas, etc.).

Argo distinctio illa obnubilat potius quam illuminat, est confusio potius quam distinctio; et quia super eas reponitur totum systema, ipso facto radicaliter destruitur.

Sed oportet modo accuratius dicere de omnibus in particulari sunt enim argumenta quae adhuc videntur stabilia. Pedetentim nunc confutabuntur. Primo, dicebimus de opinantibus pro intelligere radicali. Auctores illi ponunt in principio quod essentia divina reponendum est in linea intellectionis, et postea militant contra intellectionem seu intelligere actualis. Praecipuum argumentum taliter enuntiatur. Reponendum est essentia Dei metaphysica in intelligere radicali quia essentia ~~semp~~ concipitur ut fons, ut radix ex quo oriuntur omnia. Essentia intelligentis suscipitur in radice intellectionis; radix autem illa est immaterialitas, est facultas intelligendi; ergo essentia Dei metaphysica est intelligere radicale.

Argumentum est partim verax partim deficiens. Quoad intellectum, recte dicitur quod in creaturis contingit ante reparationem actus intelligendi, est principium quo proximum intellectionis. Sed anterioritas illa tollenda est in Deo quia necessario concipitur ut potentia ad actum. Quid sit enim intellectus nisi facultas, potentia cujus actus est intelligere. Est vis ad intelligendum, per intelligere specificatur concipiturque sicut potentia per actum specificatur intelligiturque: intellectus est relatio, ordo, respectus. Quidquid autem potentiam involvit, imperfectionesque, non suscipitur ut constitutum entis summi perfecti et summi actus; Imo illi non attribuitur quin destrueretur ipse Deus. Si proinde intellectus predicatur de Deo, necessario ad modum actus ultimi predicatur scilicet Deus non concipitur ut intelligens radicale seu in potentia, sed ut intelligens actu possidens suum objectum et cum eo identificatum.

Sed dicunt adversarii. Omnes auctores loquuntur de intellectu divine, intellectus Deo attribuuntur et quidem formaliter. Ergo etiam apud vos imperfectio potentiaque Deo attribuitur.

Evasio non valet, quia si diximus quod intellectus praedicatur de Deo, hoc non suscipitur in eodem sensu. Intellectus enim consideratur vel in potentia vel in actione intelligendi. In potentia, est intelligere radicale, in actu vero est intelligere actuale. Revera in creatis etiam in actu intellectus realiter distinguitur ab actione sua. Actio enim est accidens superveniens et desinens sine adventu vel desinatione intellectus. Sed in Deo conceptus intellectus apud nos purificatur, concipiturque intellectus sicut identificatus cum suo actu, cum sua actione, uno verbo, nihil aliud est quam ipsummet intelligere actuale. Unde si loquimur de intellectu eumque de Deo praedicamur, ~~re-~~reijcimus tamen intelligere radicale quod sustinere nequit, quia suscipit intellectum prout in potentia, reduplicative ut sic, sicut bene manifestatur per verbum: radicale.

Ita quoad immaterialitatem. Si enim immaterialitas Deo tribuitur hoc non est ad modum entis creati, scilicet non est immaterialitas in potentia ad actum essendi immaterialiter seu ad actum cognitionis. Ex hoc capite iterum rejicitur opinio adversariorum quia suscipiunt immaterialitatem in linea potentiae, reduplicative ut sic, ut bene manifestatur per qualificativum quod huic immaterialitati attribuunt, scilicet: radicale. Si autem immaterialitas suscipitur ut actus seu sine imperfectione, certe per distinctionem rationis separatur ab intellectione et concipi potest ut prior. Ita ex illa ratione probatur per demonstrationem a priori quod Deus est intelligens. Quia Deus est immaterialis est intelligens; et quia summum immateriale ita summum intelligens. Sed immaterialitas adhuc non sufficit quia non est ratio ultima. Principiat intellectum, sed principiatur quoque, et radicalatur in summa actione, seu in esse subsistente, quod est radix hujus immaterialitatis simpliciter. Ergo positio adversariorum quoad intelligere radicale sine periculo non

tenetur, non sufficit, omnino tollenda est.

Nonne tenentes per intelligere actuli veraciores sunt? Omnes illi enim argumentum nostrum contra praecedentem propositionem hucusque admittunt sine difficultate; sed ex hoc puncto dicedant a nobis. Praecipuum argumentum est illud. Reponendum est essentia Dei metaphysica in eminentiori gradu metaphysico. Hoc patet quatenus est maximum ens et illi convenit maximum perfectionis. Eminentior autem gradus ille est intellectio; nam ex tribus gradibus essendi scilicet: gradus essendi, gradus vivendi, gradus intelligendi, maximam perfectionem dicit. Se habet ut culmen omnium. Ergo reponendum est constitutum Dei metaphysicum in intelligere. Est plenitudo intelligendi, perfectio autem intelligendi desumitur ex hoc quod est in actu. Ergo constituitur Deus per subsistentiam actus ultimi intellectiois seu per in intelligere actuale.

Huius argumenti respondemus secundum distinctionem quae supra exposuimus scilicet quod in subsistentibus perfectiones non se habent eodem modo ac in participantibus. In tantum participantur multae perfectiones, in quantum subjectum est nobilius, in quantum perfectio gaudet appropinquantque perfectionem simpliciter. Subsistens autem in tantum est simplex, in quantum est ^{participata} perfectius. Ita albedo est magis perfecta si multa alba connectuntur et simul concurrunt ad maiorem albedinem efformandam. Sed si ipsa albedo subsisteret, in quantum esset perfecta intantum nulla sint ei superaddita, in quantum nullum sit commercium cum nigredine, in quantum nullo modo restricta sit per capacitatem albedinis talis vel talis subjecti. Ita dicitur de esse: ~~per~~ esse participatum perficitur in quantum in eo multa participata cumulantur; esse subsistens vero in tantum est perfectum in quantum nullo addiscitur, in quantum subsistit in pura puritate et simplicitate. Omnes autem rationes sunt contractiones esse et eam simplicitatem minuant; propterea si additur gradus intellectiois super gradum essendi, gradus essendi limitatur potius quam perficitur. Esse subsistens non continetur in gradibus, sed omnes gradus supereminet, non collocatur in tali vel tali gradu, sed omnes continet eminenter et modo

perfectiori. Et si ratio tribuendi illi gradum perfectiorem nihil valet.

Sed peccat iterum argumentum illud ex hoc quod tentat collocare esse divinum in linea essentiae, dum suscipitur in linea existentiae. Scilicet: Deus est ens et: creatura est ens non significat idem. Ens illud sumitur ut participium dum hoc sumitur ut nomen. Modus essendi essentialiter praedicatur de omnibus creatis, esse vero contingentiter tantum concedit. In solo Deo ipsum esse, ipsa quidditas actus essendi essentialiter praedicatur. Primo et per se Deus est esse; si postea postea illi attribuentur omnes rationes quae sunt respectus ad esse, explicatur tantum talis vel talis respectus suae eminentiae essendi. Sicut in creatis habetur essentia et postea esse recipitur, ita in Deo habetur esse et postea multitudo essentialium praedicatur ut talis vel talis formalitas illius esse. In hoc puncto continetur totum discrimen inter nos et divinos nostros, quod non est parvum.

Et sic celebre argumentum "gradus metaphysici", quod est lapis angularis eorum sententiae, ruit sicut et ipse modus opinandi.

Secundum argumentum sic formulatur: Constitutivum divinae naturae distinguitur non solummodo a creatis sed ab omnibus attributis et Relationibus divinis; atqui essentia est formaliter in omnibus et non ab eis distinguitur. Patet major; quia ex consensione omnium, concipitur essentia metaphysica ut essentia in ordine metaphysico, scilicet per distinctionem per virtutalem a propriis distincta. Imo, essentia dicit prioritatem supra attributa; si autem non datur distinctio, neque anterioritas datur; ordo secundum prius ac posterius supponit diversitatem, gradatio supponit distinctionem. Minor patet etiam; quia non ponitur distinctio virtualis inter esse divinum et intelligere, inter subjectum intelligentem, intellectum, actum intelligendi et objectum intellectum. Sunt multa quae pertinent ad eandem lineam, sese habent ad invicem sicut potentia et actum. Nullo modo Deus praebet fundamentum ad distinctionem secundum potentiam et actum seu secundum actum primum et actum secundum; ex quo efformaretur totum per accidens. Ergo non datur

distinctio virtualis inter esse divinum et suum intelligere, et si non datur distinctio virtualis, neque prioritas, neque essentia metaphysica. Ergo essentia metaphysica divina non reponitur in esse sed in actu ultimo, in operatione, in intelligere actuali seu intellectione subsistente.

Transent major argumenti; minor autem distinguitur et consequens rejicitur. In probatione minoris admittitur antecolens. Non enim hucusque aliter locuti sumus. Attamen fortiter ac simpliciter negatur consequentia.

In Deo nulla datur distinctio, nec realis nec virtualis, inter subjectum intelligentem, facultatem intelligendi, actionem intellectionis et objectum intellectum, atque omnia illa per diversos conceptus concipiuntur a nobis scilicet hae rationes distinguuntur non solum distinctione nominali vel conceptuali, seu cum fundamento in re. Distinctio cum fundamento in re, ut diximus in prima parte demonstrationis nostrae, est vel cum fundamento intrinseco, vel extrinseco. In nostro casu igitur de distinctione conceptuali seu secundum conceptus cum fundamento extrinseco, scilicet fundamentum non est in Deo sed in creaturis. Quia sunt genera perfectionum in Deo. Aliae de se concipiuntur ut diversae (puta intellectus et voluntatem) et identificantur tantum in omninitate Deitatis. Sunt enim in lineis diversis. Aliae autem sunt in eadem linea. Et si in creatis sunt diversae, attamen ex rationibus suis unionem petunt. Attribuuntur Deo, sed prout depuratas imperfectione. Ita esse et intelligere, esse et operatio, esse et velle, esse et proprietates ejus. In creaturis datur unum esse simpliciter ac fundamentale cui provenit multi modi essendi secundarii qui ab eo disjunguntur tanquam a radice. Ita in Deo concipitur unum ut fons et radix, multi autem ut secundaria, derivata, ut respectus quidam ac manifestationes hujus esse. Ergo minor argumenti non valet scilicet datur distinctio et consequenter essentia metaphysica possibilis est ex hac parte.

Sed dicunt adversarii: etiam si per distinctionem illam concipitur esse ut distinctum ab intelligere, hoc non sufficit ad habendam essentiam

metaphysicam, quia prioritas illa est tantum secundum potentiam et actum, est prioritas vel potentiae vel actus primi, qui est idem ac potentia quoad actum ultimum. Male autem reponitur essentia Dei metaphysica in quadam ratione potentiali. Debemus hanc potentiam reducere ad actum, quo specificatur et proinde suscipere constitutivum potius ex parte actus quam ex parte potentiae.

Attamen positionem nostram fortiter tenemus. Nam etsi in creatis esse quod est radix omnium operationum est simul in potentia et illas, suscipere potest ut radix quia commentum potentia. Quia esse de se est actus ultimus, et si apud creaturas invenitur quod est in potentia et aliquid aliud esse, hoc pendet ab essentia seu a potentia in qua recipitur. Propterea demandatur esse ab omni imperfectione et potentia ex hoc quod concipitur ut subsistens, ut irreceptum. Si esse concipitur ut irreceptum, ut per se stans, immediate est actus ultimus simpliciter, ut patet, et hoc est demandatio a quacumque potentia. Subsistit ut actus ultimus simpliciter i.e. est sub modo eminentiori: et actus ultimus intellectus, et actus ultimus voluntatis, et actus ultimus operationis, et omnes actus ultimi possibiles; quia est actus actuum. Actus intellectus, actus voluntatis, et omnium deducuntur ab eo per contractiones sed non per additionem. Ex hoc quod esse subsistens licet intelligere subsistens, non actualizatur sed perspicitur clarius, sub aliqua facie, sub aliquo respectu sui eminentissimi modi essendi.

Ex his omnibus deducitur quod esse subsistens distinguitur ab omnibus entibus creatis ex hoc quod est subsistens, dum cetera participantur; ab omnibus attributis vero ex hoc quod est esse, dum cetera sunt modi particulares seu facies essendi.

Propterea, quoad ipsas litteras, notetur quod si nomen "esseitas" aliquando ducit ad confusionem, hoc vocabulum: "esse subsistens" omnem ambiguitatem tollit. Sed si attente consideratur esseitas, si concipitur recte id est ut maximus gradus "perseitatis", qui non est aliud quam identificatio inter essentiam et existentiam, faciliter videtur quod idem sonat esseitas ac esse

subsistens.

Dicunt denique adversarii quod evademus per idem iter quo intelligere radicale confutatur. Nam si esse concipitur ut principium quin concipiatur ut potentia, etiam intelligere radicale suscipi potest ut principium, ut fons, ut essentia Dei metaphysica.

Negative semper respondemus. Constat quod positio nostra non est positio istorum. Esse suscipitur ut perfectum etiamsi in creaturis est sicut principium et potentia, quia de se non dicit imperfectionem, de se est actus, dum intelligere, prout intelligere radicale, reduplicative ut sic, de se est respectus, de se concipitur versus aliud, de se specificatur ab alio, de se pendet, de se est principium imperfectum; propterea non abstrahitur ratio principii quin appareat ratio imperfectionis. Ergo discrimen evidens est.

Ex his omnibus patet defectus hujus sententiae quoad rationem constitutivam scilicet quod intelligere, tam radicale quam actuale, non suscipi potest tamquam ratio constitutiva. Quoad rationem radicativam, res se habet similiter. Quomodo enim, ex intelligere formaliter deduceretur: vel infinitas, vel aeternitas, vel immutabilitas, vel immensurabilitas, vel omnia attributa quae profluent in linea ess entitativa? Hoc non est possibile sine transitu per rationem esse subsistentis. Quoad rationem distinctivam autem, iterum peccat: quia intelligere supponit esse. Antequam Deus sit intelligens, est esse; antequam sit intelligere subsistens, est esse subsistens. Aliis verbis, antequam distinguere ut a ceteris in linea intellectus, distinguitur in linea entis.

Haec de sententia illa. Nam ex hoc capite confutantur omnia eorum argumenta. Caeterae enim argutiones eorum, vel continentur in istis, et confutatio eorum esset repetitio, vel spectant ad theologiam fidei, et ideo non sunt in obitu de dijudicationis nostrae.

Ergo argumenta illorum opinantium, nihil praevalent adversus demonstrationes nostras. Unum remanet semper, scilicet quod essentia Dei metaphysica

sancti consistit in eo quod est ipsum esse subsistens.

Posthac omnia quid dicere dicebimus de opinione quadam illa, quae suscipit pro essentiae Dei metaphysicae tam esse quam intelligere? Haec opinio manifeste procedit ex prava intelligentia auctorum. Scilicet ex hoc quod legitur "esse subsistens formaliter identificatur cum intelligere", statim inferitur: "ergo, intelligere est constitutivum metaphysicum Dei."

Transitus ille non fit, propter rationem quam supra posuimus, videlicet possumus dicere quod: "esse subsistens et intelligere ne virtualiter quidem in Deo distinguuntur", et tandem sustinere quod: "esse se habet ut essentia, et intelligere ut attributum"; quia inter ea stat distinctio cum fundamento extrinsecae. Ita interpretantur omnes auctores, et ipse divus Thomas, apud quos invenitur simul: "quod esse est ratio Dei constitutiva" et quod "intelligere formaliter identificatur cum esse divino et cum velle divino". Unde tam diu quam diu duae propositiones separatim summantur scilicet: "esse subsistens est essentia Dei metaphysica" et "esse subsistens formaliter identificatur cum intelligere" doctrina est recta. Sed ex hoc quod enuntiatur conclusio: "intelligere est essentia Dei metaphysica" peccatum apparet. Consequentia major est quam praemissae, imo est contradictoria.

His auctoribus igitur dicebimus/ mandatum Sanctae Matris Ecclesiae: "ite ad Thomam" magis attente.

Deinde contra nos pugnant adhuc auctores, ex auctoritate sancti Thomae. Afferunt textus multos et multos in quibus proclarus Doctor opinionem eorum se sustinere videtur, scilicet ubi formaliter dicit quod "essentia Dei est intelligere"; et consequenter opinunt quod positio nostra non est vera ac pura thomistica. Contra hoc statuimus primo quod sententia nostra, ut vidimus, est magis accreditata in schola thomistica, cujus scopus est ipsa interpretatio sancti Thomae. Secundo, quod ita proclamatur a Sancta Matre Ecclesia in viginti quatuor propositionibus quae assumuntur tanquam verum et autenticon depositum thomisticum. Tertio, quod ex eadem littera sancti Thomae deducuntur textus multi qui modo nostro sentiendi deserviunt. Deinde quod si

textus adversariorum interpretantur in contextu, saepe contradicunt litteram.

Ex his concludimus quod si divus Thomas saepe dixit et demonstravit quod intelligere est essentia et esse Dei, hoc interpretari debet secundum sensum a nobis propositum, scilicet quod per illa verba negantur tantum distinctiones reales et rationis cum fundamento intrinseco inter esse et intelligere, sed non distinctionem extrinsecam, ut patet ex hoc quod saepe unum explicatur per alterum. Sed nobis videtur quod, praesertim manifestatur sensus sancti Thomae ex modo utendi, ex generali processu et expositione suae doctrinae.

Quid sit processus thomisticus in tractatu de Deo Uno, seu de Deo secundum nostrum modum cognoscendi? Nonne ascensio quaedam magna ex creato ad increatum, usque ad reparationem rationis cujusdam ultimae, qua prior nulla reperitur. "An Deus sit", et nostri "quid Deus sit" seu quid sit essentia divina; "an sit corporea", "an sit essentia quae identificatur cum sua individuatione" "an sit essentia quae identificatur cum sua subsistentia", et deinde, in fine, "an sit essentia cui esse superadditur, an sit essentia cujus quidditas est ipsamet quidditas entis": ita proceditur.

Reperita autem ratione illa: "Deus est suum esse", descendit praecclarus auctor cum ea, ad demonstrandum omnia quae sunt apud Deum. Fluit essentia unitas, simpliciter, aeternitas, cogitatio, volitio, potentia, et omnia. Haec ratio est medium demonstrationis omnium divinarum perfectionum (immediate vel mediate), omnia illuminat, omnia confortat. Haec veritas: "solus Deus est suum esse" est lapis angularis totius tractatus de Deo; imo, totius doctrinae philosophicae Angelici Doctoris. Si tollitur illa, tollitur quoque vis ac robur hujus praecclarae doctrinae, et partialiter corrumpitur pretiosum depositum thomisticum.

Processus ille vere thomisticus a nobis diligenter amplexus est. Procedamus semper ad mentem divi Praeceptoris. Itaque modo, contra adversarios nostros omnes, sine formidine, clamamus: "Vae nobis si non thomistimus!"

Et sic clauditur modestus tractatus noster, humilisque
expositio cujusdam aspectus immensi pelagi veritatis, qui in visceribus Phi-
losophiæ Christianæ continetur. Ad modum sancti Augustini dicimus:

"O Summe, optime, omnipotentissime, misericordissime, justissime, secre-
tissime, presentissime, pulcherrime et fortissime, stabilis et incomprehensibi-
lis; invisibilis, omnia videns; immutabilis, omnia mutans; nunquam novus, inno-
vans omnia; semper agens, semper quietus; colligans, et non egens; omnia portans
sine onere; omnia fovens sine inclusione; omnia creans, protegens, nutriendus
et proficiens; quærens, cum nihil desit tibi... Qui omnia de nihilo creasti,
quæ sola voluntate tua fecisti... qui vere es quod es, et non mutaris; cui
maxime convenit illud quod Latini dicunt, Ens: quod a se ipso ipse es, et an-
ni tui non deficient. Hæc et alia multa docuit me Sancta Mater Ecclesia, cu-
jus factus sum membrum per gratiam tuam."

::

Laurentius Lem Hay C.M.G.
— //